dum † sciebat dominū: neq; reuelatus fuerat ei sermo domini. Et adiecit dñs: z vocauit adhuc samuel tercio. Qui cōsurgens abiit ad heli. z ait: Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit igitur heli: quia dñs vocaret puerū: z ait ad samuel. Vade z dormi. Et si dixerit te. dices: loquere dñe. quia audit seruus tuus. Abiit ergo samuel: z dormiuit in loco suo Et venit dñs z stetit. z vocauit: sicut vocauerat secundo. Samuel samuel. Et ait samuel. loquere domine: quia audit seruus tuus. Et ait dñs ad samuel. Ecce ego facio verbum in israhel. qđ quicūq; audierit: tinnient ambę aures ei⁹ In die illo suscitabo aduersus heli omnia ꝙ locutus sum super domum eius. Incipiā z cōplebo. Prędixi enim ei ꝙ iudicaturus essem domum eius in ęternū ꝓp̃ iniquitatem. eo ꝙ nouerat idigne agere filios suos: z non corripuit eos. Idcirco iurauī † domum heli

vel domui.

qđ non expietur † iniquitas domꝰ eius victimis z muneribus vsq; ineternum. Dormiuit aūt samuel vsq; mane: aperuitq; hostia domus domini. Et samuel timebat indicare visionem heli. Vocauit ergo heli samuelē. z dixit: samuel fili mi. Qui respōdēs ait. Pręsto sum. Et interrogauit eum: Quis est sermo quē locutus est ad te dominus? Oro te ne celaueris me. Hęc faciat tibi deus: z hęc addat Si absconderis a me sermonem ex omnibus verbis quę dicta sūt tibi. Indicauit itaq; ei samuel vniuersos sermones: z non absc̄dit ab eo. Et ille respondit: Dominus est. Quod bonū est in oculis suis faciat. Crenit autem samuel. z dominus erat cum eo: z non cecidit ex omnibus verbis eius in terrā. Et cognouit vniuersus israhel a dan vsq; bersabe. ꝙ fidelis samuel prophęta esset domini. Et addidit dominus vt appareret in silo. qm̄ reuelatus fuerat dominus samueli i silo iuxta verbum dñi. Et euenit sermo samuelis vniuerso israheli.

C. .IIII.

Et factū est in diebus illis cōuenerunt philistiim in pugnam. Egressus

† ꝙ vir videns deum: vel fortis cum deo.

est nāq; israhel obuiam philistiim contra septentrionē. de quo iordanis erūpens a loco fontis nomen. Jor quippe fluuium vel rumꝰ hebręi vocant. Dan interpretatur iudicā vel iudicans. Bersabe. in tribu iuda vel symeonis est vicꝰ grandis in vicesimo ab hebron miliario vergens ad austrum in quo romanoꝝ positum est ꝓsidium. a quo incipientes termini iudęę tenduntur vsq; ad dan. Nec mirari debet quispiam. si ciuitates iudę i tribu symeonis vel beniamin reperiat. tribꝰ enim iuda fortis z bellicosa sępe aduersarios superans i oībus tribubus tenuit principatū. ideo aliarum tribuū sortes in eius funiculo cōputantur Alioquin i medio tribus iudę habitasse simeonē scriptura manifestat.

¶ Israel. vir videns deum. vel fortis cum deo. hi sunt credentes. Philistiim cadētes poculo. s. demones qui poculo superbie debriati: z ipsi ceciderunt: z homines peruertere festinant. Contra quos israel i. fideles: ne cedant ꝛ superent castrametātur iuxta lapidē adiutorij. i. legē christi. vbi lapis. s. christꝰ inuenitur. de quo lapidem quem reprobadi. ędifi. Sed dū fideles in lege domini meditantur: vt eum inueniant adiutorem. phi listiꝫ veniūt i aphec i. furorem nouū: tunc quia fideles immūdi spiritus diuinis legibus amplius ilistere ꝑspiciunt: idoꝝ acriora ac noua certamina construunt. vnde in suis viribus confidentes: z in humana sapientia gloriantes ac per hoc gratiā cuā gelij cōtinentes: ꝙsi quattuor milia īmūdi spiritus facile prosternunt.

¶ Iuxta lapidē adiutorii. Lapis adiutorij: quē postea samuel posuit i signū quando primū auxiliatus est ei dñs.

¶ Aphec. Rab. Hiero. Locus est iuxta vicum efrom: ciuitatis iezrabel. vbi dimicauit saul in sorte aser: z interpretat' furor nouus: vel apprehendēs. q̄ eni irā dñi meruerunt: ab hostibus cōprehensi sunt

¶ Et tulerunt in ar. Filij israel tulerūt arcam: vbi capta est. Et fideles et indeis duo testamēta ad gētes translulerūt.

¶ Sedentis. s. c. Tabula eni erat sup arcam: quā ptegebāt cherubin alis. vbi apparebat dñs per āgelus z loquebat'. Cherubin plenitudo sciētie: quę in christo. z i duobus testamentis inuenitur.

¶ Clamore grādi. Clamor grandis vor predicatorū roborata miraculis et duobus prolata testamētis. z personuit terra a voce predicationis. sapientes seculi. demones quoq; ingemuerūt: credentes se superari.

¶ De manu deorum. Iudei vnum deū colunt: sed gētes suo more loquuntur

in prelium: z castrametatus est iuxta lapidē adiutorij. Porro philistijm venerunt in aphec: z instruxerunt aciem contra israel. Inito autē certamine terga vertit israel philisteis: z cęsa sunt in illo certamine passim per agros quasi quatuor milia virorū. Et reuersus est populꝰ ad castra. Dixerūtq; maiores nam de israel: Quare percussit nos dominus hodie coram philistijm. Afferamus ad nos de silo arcā fœderis domini. z veniat in medīū nostri: vt saluet nos de manu inimicorum nostrorū. Misit ergo populus in silo: z tulerūt inde arcam fœderis domini exercituū sedētis sup cherubin. Erāt̄q; duo filij heli cū arca fœderis dei ophni z phinees. Cūq; venisset arca fœderis domini in castra: vociferatus est omnis israel clamore grandi z personuit terra. Et audierūt philistijm vocem clamoris: dixerūtq; Quęnā est hęc vox clamoris magni in castris hebręorū? Et cognouerunt q̄ arca domini venisset in castra. Timueruntq; philistijm dicentes: Venit deus i castra. Et ingemuerunt dicentes: Ue nobis. Non enim fuit tanta exultatio heri z nudiustertius: ve nobis. Quis nos seruabit de manu deorū sublimiū istorū? Hi sunt dij qui percusserūt ęgyptum omni plaga i deserto. Cōfortamini. z estote viri philistijm: ne seruiatis hebręis sicut illi seruierūt nobis. Confortamini z bellate. Pugnauerūt ergo philistijm: z cęsus est israel. Et fugit vnusquisq; in tabernaculū suum. z facta est plaga magna nimis: z ceciderūt de israel. xxx. milia peditum: z arca dei capta est. Duo quoq; filij heli mortui sūt ophni z phinees. Currēs āt vir de beniami ex acie. venit in silo i die illo: scissa veste z conspersus puluere caput

ſ indicū luctus.

Cūq; ille venisset: heli sedebat sup sellam contra viam spectās. Erat enim cor eius pauens. p arca dñi. Vir aūt ille postq̄ ingressus ē nūciauit vrbi: z vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit heli sonitū clamoris: dixitq;. Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit z venit: z nūciauit heli. Heli autē erat nonaginta z octo annorū: z oculi eius caligauerāt: z videre nō poterat. Et dixit ad heli. Ego sum qui veni de prelio: z ego q̄ de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actū est fili mi? Respondens aūt q̄ nūciabat: fugit inquit israel ꝓtra philistijm: z ruina magna facta est in populo. Insup z duo filij tui mortui sunt ophni z phinees: z arca dei capta est. Cūq; ille nominasset arcam dei cecidit de sella retrorsus iuxta hostiū: z fractis ceruicibus mortuus est. Senex eniꝫ erat vir z grandęuus. z ipse iudicauit israel xl. annis. Nurus aūt eius vxor phinees pregnans erat: vicinaq; partui. Et audito nūcio. q̄ capta esset arca dei: z mortuꝰ esset socer suꝰ z vir suꝰ: incuruauit se z peperit.

ſ quicūq; retrorsum cōuertit a fide et veritate. necesse ē vt cadat et mozaatur. mystice aūt trā seunte arca domini ad gētes: periit sacerdotium iudeorum.

¶ Et arca dei capta est. Arca ab alienigenis capta: testamentū ad gētes trāslatū significat.

¶ Cūq; ille. n. a. d. Hyc Josephus ita refert: cum heli arcam audisset ab hostibus captam: dolore turbatus. ruens de sede defunctus est: dū nonagintaocto virilset annos: quoꝝ quadraginta tenuit principatum. Ea die defuncta est coniunx finees filij ei⁹. dū post occasum mariti viuere non toleraret. peperit aūt filium. vij. mensium quē appellauerunt bicabothi. in gloriam: quia illo tēpore huiusmodi ifortunium accidisset.

¶ Habuit aūt principatum primus heli de domo ithamar filij aaron. Nam prius ꝺ domo eleazari sacerdotes erant. ex q̄ honorem filius a patre accipiebat. et eleazar phinees filio suo tradidit. Post eū abiezer filius honorē accepit: quem bozi filio suo ꝺreliquit. cui ozi filius successit. z post hunc heli tenuit sacerdotium. ex domo eleazari denuo receperit

¶ Cecidit de sella. Et ruente heli de sella pontificis sedes remanet vacua: z gloria sacerdotium est extincta.

¶ Mortuus est. Moritur heli. morituꝝ tur z filij: quia deficit pontificatus cum sacerdotio veteri.

¶ Uxor finees. Vxor sacerdotis nō ante interijt. q̄s virum peperit nec synagoga ex toto interijt: aūq̄s primitiua ecclesia: q̄ ex ipsa erat credidit.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

¶ In ipso autē momento ꝛc. Euidenti signo figuratur quia extincto carnali sacerdotio iudeozuꝫ: extinguitur carnalis synagoga: quę ei carnaliter adhęrebat.

¶ Ne timeas q̄ filiu. p. Credentes synagogā consolant: sed desperans minime animaduertit. nec sobolem nouam deputat glorię: sed ignominię. vnde sequitur ꝛ vocauit puerū bicabod Ebaboth gloria. bichaboth cecidit gloria. Translata est enim gloria capta arca. vnde auferetur a vobis regnuꝫ dei: ꝛ dabitur genti facienti fructus eius.

¶ In azotum R. Quę asdod vna de quinq̄ vrbibus palestinoꝝ decreta quidem tribui iudę: sed non retenta. quia nō potuit indigenas expellere. Interpretatur autem ignis patris: vel incendium. Ꝫ aūt sic vocatur locus vbi erat idolum dagon. quia aduentus arcę in azotum erat īcendium diaboli patris omnium inimicorum vel iniquorum. Dagon qui interpretatur piscis tristicię. significat diabolum: q̄ in mari huius seculi demorat peccatores. qui ꝛ in iob leuiathā ꝛ behemoth nuncupat.

¶ Azotum. Locꝰ est in quo posuit samuel lapidem: sicut īsequentibus demonstratur.

¶ Caput autē. superbia diaboli. qui ē initiū omnis peccati.

¶ Super limen. Rab. Finem prefinitum significat: īquo cessaret idolatria. limen enim finis est itineris.

¶ Truncus. s. r. Dorsum tantum iuerunt fractis omnibus membris. qō idolatrie fugam expримit. Qui enim fugit dorsum dat fugienti. vnō. Qm̄ pones eos dorsum ꝛc. •

Irruerant enī in ea dolores subiti. In ipso autē momento mortis eius: dixerūt ei qui stabant circa eam. Ne timeas: quia filiū peperisti. Quę nō respondit eis· neq̄ enī animaduertit: ꝛ vocauit puerū bicabod dicens. Translata ē gloria domini de israel: quia capta ē arca dei. Et p̄ socero suo ꝛ p̄ viro suo ait: translata est gloria ab isr̄l eo q̄ capta esset arca dei.

C. .V.

Philistiim aūt tulerūt arcā dei: ꝛ aspoꝛtauerūt eam a lapide adiutoꝛij in azotum. Tulerūtq̄ philistiim arcam dei: ꝛ intulerūt eaꝫ in templū dagon: ꝛ statuerunt eam iuxta dagon. Cunq̄ surrexissent diluculo

† ſ postq̄ testamentū dei pertenit ad gētes: ista eim idola corruerunt.

azoti altera die: †ecce dagon iacebat p̄pronus in terra ante arcā dñi

† ſ malei fuerunt defensores idolatrie

Et tulerunt dagon: ꝛ †restituerūt eum in locum suū. Rursumq̄ mane die altero cōsurgentes inuenerunt dagon iacentem super faciem suā cozā arca domini. Caput autē dagon ꝛ duę palmę manuū eius

† ſ .i. fides qua idolatria destruitur.

abscisę erant †super limen. Pozzo dagon truncus solus remanserat in loco suo. Propter hāc causam non calcant sacerdotes dagon: ꝛ omnes qui ingrediunt templū eiꝰ

† ſ ob reuerentiā dei sui

super †limen dagon in azoto vsq̄ in hodiernū diem. Aggrauata est autē manus domini super azotoſ ꝛ demolitus est eos· Et percussit i

ſ qm̄ sodomite erant·

secretioꝛi parte natium azotū ꝛ finines eiꝰ. Et ebullierunt villę ꝛ agri in medio regionis illiuſ: ꝛ nati sūt mures: ꝛ facta est confusio mortis magna in ciuitate. Videntes aūt viri azoti huiuscemodi plagaꝫ: dixerunt. Non maneat arca dei isr̄l apud nos· qm̄ dura est manus eiꝰ super nos: ꝛ super dagon deū nostruꝫ. Et mittentes cōgregauerūt

.i. principes.

omnes satrapas philistinoꝝ ad se: ꝛ dixerunt. Quid faciemus de arca dei israel? Responderuntq̄

† ſ sacerdotes et diuini. ſ tozcularia vel op primentes.

gethei Circūducatur arca dei isr̄l Et circūduxerunt arcam dei isr̄l. Illis autem circūducentibus eā: fiebat manus domini super singulas ciuitates interfectiōis magnę nimis. ꝛ percutiebat viros vniuscuiusq̄ vrbis a puero vsq̄ ad maiorem: ꝛ cōputrescebāt p̄ominētes ertales eoꝝ. Miserūtq̄ gethei cōsilium ꝛ fecerūt sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo arcam domini in achaꝛon. Cunq̄ venisset arca domini in achaꝛon· exclamauerunt achaꝛonitę dicentes: Ad duxerūt ad nos arcā dei israel: vt interficiat nos ꝛ populum nostrū Miserūt itaq̄: ꝛ congregauerunt oēs satrapas philistinoꝝ. Qui dixerunt: Dimittite arcam dei isr̄l ꝛ reuertatur in locum suum: ꝛ nō interficiat nos cuꝫ populo nostro Fiebat enim pauoꝛ mortis in singulis vrbibus: ꝛ grauissima valdē manus dñi. Viri quoq̄ q̄ mortui non fuerant: percutiebanť i secretioꝛi parte natium: ꝛ ascendebat vlulatus vniuscuiusq̄ ciuitatis in cęlum.

¶ Et percussit in s. p. n: Qui testamētum dei susciperunt: ꝛ posteriora huius vitę diligūt. et ipsis iuste in posteriora cruciabuntur: quę debent estimare sicut sterꝛora. Qui enim testamentum dei assumunt: ꝛ īposteriora respicientes veteri se vanitate non exuunt: similes sunt eis q̄ arcā testamenti iuxta idola sua posuerunt. Et vetera quidem etiam illis nolentibus cadunt: q̄a omnis caro fenuꝫ. arca autem manet īcternum. secuturꝫ. s. testamentum regni cęlorū vbi est verbuꝫ dei in ęternum.

¶ Circuducatur. vt si quocunq̄ eat· p cussio comitetur: sciamus esse plagā a deo q̄ō voluntate dei cōsilio eorum actū est: vt plaga communis esset: qm̄ culpa cōmunis erat.

¶ Extra. interiora. inde extrales· vbi fiebat plaga.

¶Septem mensibus. Septenarius significat vniuersitatem temporum· que discurrit septenario numero dierum· z significat dei testamentū: vsq; ad consūmationem seculi in gentibus permansurum.

¶Quinq; anos &c. Vr Quinq; anicularis? quinq; mures q̄s fecerūt philistei post plagā suā: z attulerūt ad arcā. significauit q; carnales quinq; sensibus corporis dōdit· cū a dño fuerit correpti scelera sua ꝓpa ꝓgnoscētes· iuste le percussos esse ꝓfitent: z licet coacti in melius cōmutant· qđ bñ significat quinq; ciuitates philistinoꝝ· azotus· gaza ascalon· geth· acharon. illos· s. exprimētes: q̄ externi hominis actus sequūt. Gaza ciuitas ē cuiusdā ī q̄ habitauere capadoces ꝑstinatis cultoribꝰ ī terfectis. apd veteres erat tmin? chananeorū iuxta ęgyptū· z cecidit i sorte iude: sed eā nō potuit obtinē: q; enachim. i. gigātes allophilos fortissime resistēt. Et ē vsq; hodie insignis ciuitas palestine. dicit'ꝰ gaza futura ī tumulum sempiternū. q; primū fundit? destructa est ī alio loco alia ędificata. Ascalon vrbs nobilis palestine destinata tribui iude. sz habitatores ei? superare nō potuit. Heth aūt nūc vicus gādis vocat' getban. Inter ūi patrē z thānā. ē et alia villa but' nōis Acharō ē i tribu dā vel i tribu iude ad le uā chananeoꝝ sz ꝑstinos habitatores ū et pu'it. et vsq; hodie grādis vic? acharon dī inter azotū z thānam respiciēs ad ori entē. Quidā putant acharon turrē stratonis postea cęsaream nūcupatā. Azotus interpretat' ignis ꝑtis mei vl incēdiū. Gaza fortitudo. ascalō ignis ifamis· vl ignis signo bilis. Heth· torcular

.C. .VI.

Fuit ergo arca dñi i regiōe philistiim septem mensibus. Et post hęc vocauerūt philistiim sacerdotes z diuinos dicentes. Quid faciemus de arca dei? Indicate nobis quomodo remittemus eam in locum suum. Qui dixerunt: Si remittitis arcam dei israel· nolite dimittere eam vacuā: sed qđ debetis reddite ei pro peccato: z tunc curabimini· z scietis quare non recedat manus eius a vobis. Qui dixerūt: Quid est quod ꝑ delicto reddere debeamus ei? Respōderūt vel eis q̄ illi. Iuxta numerū prouinciarū philistinoꝝ· quinq; anos aureos facietis. z quinq; mures aureos. quia plaga vna fuit omnibus vobis z satrapis vestris. Facietis q̄ similitudinē anorum vestrorū· z similitudines murium qui demoliti sunt terram· z dabitis gloriā deo israel: si forte releuet manum suam a vobis· z a diis vestris· z a terra vr̄a. Quare aggrauatis corda vr̄a: sicut aggrauauit ęgyptus z pharao cor suū? Nonne postq̄ percussus est· tunc dimisit eos: z abierunt. Nunc ergo arripite z facite plaustrū nouū vnum· z duas vaccas fętas· quibus non est impositum iugū iungite ī plaustro: † ꝟ peccat. † ꝟ curtus de. decem mil. ū multiplęx. quasi in seculo remanētes. † ꝟ parētes filios z recludite vitulos earum domi Tolletisq; arcam domini z ponetis in plaustro· z vasa aurea quę exoluistis ei ꝓ delicto· ponetis in capsella ad latus eius· z dimittite eam vt vadat: z aspicietis. Et siquidem per viam finium suoꝝ ascēderit contra bethsames: ipse fecit nobis hoc malū grande Sin autem minime· sciemus quia nequaq̄ manus eius tetigit nos: sz casu accidit. Fecerūt ergo illi hoc † ꝟ sanctos renunciantes. seculo· modo. Et tollentes duas † vaccas quę lactabant vitulos· iunxerunt ad plaustrum· vitulosq; earum reduxerunt domi· z posuerunt arcā dei super plaustrum· z capsellā quę habebat mures aureos z similitudinem anorum. Ibant autem in directum vaccę per viam quę ducit bethsames: et itinere vno gradiebantur pergentes z mugientes: z non declinabāt neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Sed z satrapę philistinoꝝ sequebant vsq; ad fines bethsames. Porro bethsamitę metebant triticum in valle. Et eleuantes oculos viderunt arcam: z gauisi sunt cum vidissent. Et plaustrum venit i agrū iosue bethsamitę: z stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus. Et conciderunt ligna plaustri: vaccasq; † ꝟ leuite vel sacerdotes: q; alius nō licebat. imposuerūt super ea holocaustū domino. Leuitę aūt deposuerūt arcam dei z capsellam quę erat iuxta eam: in qua erant vasa aurea: z posuerunt super lapidem grādē Viri aūt bethsamitę obtulerunt holocausta· z immolauerunt victimas in die illo domino: z quinq; satrapę philistinoꝝ viderūt: z re

Acharō· eruditio tristitię· vel sterilitatis. Dis enī ꝓpitiatus ī famis z ignobilis: ꝑ diabolū infamata. ꝑ cōtrarias fortunas ī stigata· z ꝑ torcular neqtię expressa. vinū ꝑfundit amaritudīs· in doctrina prana: z opanōe pressa: z iō tēdit ad mortē vbi ē tristicia vera z sterilitas perpetua.

¶Plaustrū. Crux christi. arca sacra scriptura.

¶Duas uaccas Isidorus. Vaccę arcā gestātes sactos significāt: q̄ sedo renuciāt: qui nullū delicti trahere possūt iugū. Sicut enī vaccę vitulos· a fetu a recto itinere nō deuiāt. sic sancti pietatis affectu a bono ꝓposito nō exorbitāt.

¶Bethsames. Vr Ciuitas ē sacerdotal' ī tribu beniamī: q̄ vsq; hodie mōstrat' de eleutheropoli ꝓgētibus nicopolim i. x. miliario ꝓtra orientē Altera bethsames ē ī tribu neptalī: in q̄ ꝓmāsere cultores ānq.

¶Quę ducit Vr. via. s. regia eūtes bethsames. i. ī domū solis celestē. s. hierusalē vbi semp lucet sol iustitię.

¶Et nō decli. Vr. i. nec extollebāt. plus pere: nec frāgebant' aduersis. Vnigit' ad cēni solis habitationē tēdum?: ab itinere dei ꝑ carnalibꝰ affectibꝰ nō declinem?. pēsandū aūt q̄ vaccę dei plaustro suppositę pgūt z gemūt nec trā ab itinere gressus flectūt. sic ꝓdicatores dei z qlibet fidel' itra ecclesiā esse debēt: vt primis cōpatiāt' ꝑ charitatē z de via dei nō exorbitēt ꝑ cōpassionē. Arca q̄ppe supposita bethsames pergē: ē cuius supna scia ad iternę lucis habitaculū ꝓpiq̄re. qđ ꝑ ve facim? cū ꝑ affectu pigno? nō declinam?. Sic enī incedere debēt: q̄ sacre legis iugo suppositi: per intēnā scientiam

domini arcam portant: vt quinquoz necessitatibus cõdolentes a rectitudine non declinent. quozũ gratia mentẽ nostrã tenere debet: ne aut si affectu non tangitur dura sit. aut plus tacta sit in fletu remissa.

Bethsames. Dom⁹ sol. Hec ẽ ecclesia a sole iustitie illustracta. Bethsamitas in valle frumenta metere. est doctores ecclesie anno/nam verbi dei in humilitate tractare. Lapis i agro iosue. christus i ecclesia sua. Lingua plaustri crux xpi. Vaccas super lapidem immolare. est cõuersos a seculo i xpi imitatõe mortificare.

Azotus unũ. ꝛc. Isido. Quinq; annos. ꝛ quinq; mures quinq; ciuitates dederunt. Reliquę aũt ciuitates prouincia/ꝛ ꝛ ville quę erãt absq; muro: mures tantuz vnde. Ab vrbe murata vsq; ad villam q̃ erat absq; muro ꝛc.

Abel. Ciuitas ẽ in termino israel: que ante bethsames vocata: nũc vocat abel vel propter luctuz super viros bethsamitibus ibi factũ. vel ꝓpt̃ distinctionẽ ciuitatis a bethnacha: ꝺ q̃ ex clamauit mulier sapiens ad ioab. qui iterrogant interrogẽt in abela.

Percussit autẽ Qui cũ nõ essent letitę: ausi sunt videre arcam. hoc ne pateret i exodo populus: lõge stabat. solus moyses ascendit ad dñm.

Percussit de populo ꝛc. In hebreo percussit de populo. lxx. viros. ꝛ l. milia virol. lxx. virol iudices. Lxx. hebrei dicunt: nulli licebat detectã videre arcã nisi pontifici. percussi ergo sunt eo ꝙ indigni essent: vel idigne accessissent: vel nõ custodissent arcam.

Miserunt nuncios R. Significatur translato testamenti dñi a iudeis ad gẽtes. quia cum illi carnali observantia atq; pharisęorũ superstitionibus legem ꝺ̃ darent. christi ꝛ discipulorum eius doctrinam recusauerũt. vnde: Vobis oportebat primũ loq̃ verbũ dei: sed q̃ indignos vos iudicastis. ecce cõuertimur ad gentes.

Chariathiarim. R. Interpretat villa siluarũ: de qua dicit. donec inueniã locũ dño tabernaculũ deo iacob. Ecce audiuimus eã in effra. ine. e. in. c. s. Locus enũ dñi est tabernaculum pectoris christiani populi. Ciuitas enim siluaruz. i. conuentus gentium: est locus aptus ad suscipiẽdas

uersi sunt in acharon in die illa. Di sunt autez anni aurei: quos retinuerunt philistijm, ꝓ delicto dño Azotus vnũ. gaza vnuz. ascalon vnũ. geth vnũ. acharon vnũ. Et mures aureos secundũ numeruz vrbiũ philistijm quinq; prouinciarum: ab vrbe murata vsq; ad villã quę erat absq; muro. ꝛ vsq; ad ‡ vicero. luctus.
abel magnũ super quẽ posuerũt ‡ assidue.
arcaz domini: quę erat vsq; in illo die i agro iosue bethsamitis. Percussit autẽ de viris bethsamitib⁹: eo ꝙ vidissent arcam domini. ꝛ ꝓ ‡ maiores natu optimates. s. populi.
cussit de populo septuagina virol ꝛ quinquaginta milia plebis. Luxitq; populus: ꝙ percussisset dñs plebem plaga magna. Et dixerũt viri bethsamitę: Quis poterit stare ‡ presentia.
in conspectu domini dei sancti huius? ꝛ ad quẽ ‡ digne. ascẽdet a nobis Miseruntq; nuncios ad habitatores chariathiarim dicentes: Reduxerũt philistijm arcam domini descendite ꝛ reducite eã ad vos.

C. VII.

Venerũt ergo ‡ gentilis ecclesie.
viri ‡ chariathiarim ꝛ reduxerũt arcam domini: ꝛ introlerunt ‡ qui interpretatur pater meus spontaneus.
eam in domum aminadab in gabaa. Eleazarum autem filiũ eius sanctificauerũt: vt custodiret arcã ‡ post̃ testamenti mãsit in ecclesia. multi plicati sunt mihi: qui ab ipso vt dies illuminari sunt.
domini. Et factum est ‡ ex qua die mansit arca domini in chariathiarim: multiplicati sunt dies. erat quippe iã annus vicesimus. ꝛ q̃ quit omnis domus israel post dominũ. Ait autẽ samuel ad vniuersam domum israel dicens: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominũ auferte deos alienos de ‡ ascẽdentes: vel superiores
medio vestrũ ‡ baalim ꝛ astaroth ꝛ ꝓparate corda vra dño: ꝛ seruite illi soli: ꝛ eruet vos de manu philistijm Abstulerũt ergo filij israel baaliz ꝛ astaroth: ꝛ huiert dño soli. Dixit aũt samuel. Cõgregate vniuersũ israel i maspha: vt orẽ ꝓ vobis dñm. Et ꝙuenert i maspha Hauserũtq; aquã. ꝛ effuderũt in cõspectu dñi: ꝛ ieiunauerũt in die illa. ꝛ dixerũt tibi peccauim⁹ dño Judicauitq; samuel filios israel i maspha. Et audierũt philistijm ꝙ congregati essent filij israel in maspha: ꝛ ascenderunt satrapę philistinorũ ad israel. Qd̃ cũz audissent filij israel. timuerũt a facie philistinorũ. Dixeruntq; ad samuel. Ne cesses pro nobis clamare

arcam. In domo aminadab. qui interpretatur pater meus spõtaneus: ꝛ dicere potest: voluntarie. s. nbi.

Rab. Carathiarim. Ciuitas est saltuum: vna de vrbibus gabaonitaꝝ ꝓnens ad tribũ iudę nono miliario cuntibꝫ ab elia diospoli. de hac fuit vnas prophetа quę interfecit ioachim in hierusalem: sicut scribit hieremias.

Eleazarum R. Dei adiutorii. Si nõ aũt q̃ hoc noie vocat ad arcã dñi custodiẽ dã eligit. q; sancti viri q̃dquid habẽt boni deo attribuũt. nõ sibi. vñ sufficientia nr̃a ex deo ẽ. q; idoneos fecit nos ministros noui testamẽti.

Gabaa. R. collis aię humilii. vnd̃ Suscipiãt mõtes pacẽ ipso: ꝛ ca. Mõtes maiores aię: colles minores. Seu etiam gabaa interpretat sublimitas. vbi eleazar sacerdos constituitur.

Annus uicesimus. erat. qñ vij. ãno regni saul altare ẽ i castris ꝺ chariathiari

Annus uicesimus R. Nõ ita itelligendũ ẽ. ꝙ viginti anni quibꝫ arca mansit i chariathiarim vsq; ad octauum regni dauid annũ: quo eã cõgregata populi frequẽtia adduxit i hierusalẽ sint cõputãdi. Inuenit enĩ i sequẽtibus: ꝙ tẽpore saulis de hac ciuitate ablata ẽ in castra contra philistheos. ꝛ ꝙ pstat ꝙ dauid duxit eam i hierusalem de domo aminadab: restat itelligi. ꝙ in diebus saulis de castris relata ẽ in ꝓpriã ciuitatem; vnde postea regnãte dauid reducta ẽ i hierusalem. Est g̃ sensus q; ex quo mãsit arca i chariathiarim: erat ann⁹ vicesim⁹. cũ i tẽpore saulis trãslata ẽ in castra. Vel vicesim⁹ ann⁹ erat cũ ois domus isrl̃ post dñm ꝙuisset abiectis idolis: ꝛ seruiens illi. qđ eam fecisse toto tempore samuelis iosephus testat. xx vij. s. ãnis. ꝛ ꝓin tpe regni saul: qđ eodẽ iosepho teste. xx. ãnis tenuit. Cũ enĩ recessisset a saule spiritus dñi; ꝛ agitaret eũ spũs nequã ad psequẽdũ dauid: secuta ẽ eũ aliq̃ ps militię ꝛ plebis

Astaroth. Facta explorationũ. Qui ver⁹ israelita ẽ: auferat a se omnẽ facturã malignoꝝ spiritũ ꝛ iactantiã atq; superbiã. Et seruit dño soli: q; nulla societas lucis ad tenebras.

Maspha. Ciuitas ẽ in tribu iuda iuxta chariathiarim.

Maſphat .R. Speculatio vel contẽplatio vel intentio vel locus iudicij. bñ aũt cõuenit iſte locus tam ſancto viro qui i iuſticia z veritate iudicauit z ſũma prudẽtia gubernauit pplm.

Maſphat. R. Ecclesia i vnitate fidei ſub nouo ſacerdotio collecta: aquas lacrimaꝝ hauries ſanctificãdo in conſpectu dñi effudit: ppha populũ i maſphat iudicat: q; docto: eos maxime docet: quos i intentione contẽplationis· z ad amorem patrie celeſtis intentos eſſe perſperexit.

Hauſerunt aqua et effuderũt. Vt ſcirẽt aq ef fuſa ñ redit· licet ipi redirẽt ad idolatriã.

Agnũ lacteñ Agnus oblatus pro populo dei victoriaꝫ preſtat: z p paſſionẽ chriſti demõibꝰ ſupat: pax data ẽ fidelib

Rab. innocentes vitam igne charitatis accenſam.

Bethachar. R. domꝰ agnitionis: vel domus agni.

Et poſuit eu3 iter maſphat. alia editio inter maſphat nouã z veterẽ: z vocauit nomẽ eius abenezer· vl abongener i. lapis adiutoꝝ. hꝫ eſt mediꝫ ſamaritis: per quã tranſeundũ ẽ a maſphat veteri ad nouã. i. ab intentione qua expectatur i carnali regno beatitudo falſa: ad intẽtionẽ qua p nouã. r. expectat in regno cel beatitudo vera: q̃ qm̃ nihil ẽ melius: bucuſq; adiuuat dꝰ

Maſphat. Intentio. Sen. dentũ Lapis inter hꝫ. chriſtus iter intẽtionẽ veteris. r. z cũ geñ p̃dicationẽ poſit. aptꝫ lapis ppt firmitatẽ ad intoꝝ: q; ſuos cõtra demões adiuuat dimicantes.

Bucuſq. au. Quia q̃ bos termios trãſcendũt: vt hꝫ rei a auxiliũ dei nõ meretur.

ad dominum deum noſtrũ: vt ſaluet nos de manu philiſtiꝯ. Tulit autem ſamuel agnum lactentẽ vnum: z obtulit illũ holocauſtuꝫ integrum domino. Et clamauit ſamuel ad dñm pro iſrael: z exaudiuit eum dñs. Factũ eſt aũt cuꝫ ſamuel offerret holocauſtũ philiſteos inire prelium contra iſrael. Intonuit autem dñs fragore magno i die illa ſuper philiſtiim: z exterruit eos: z cęſi ſunt a filiis iſrael Egreſſiq; viri iſrael de maſphat p ſecuti ſunt philiſteos: z percuſſerũt eos vſq; ad locuꝫ qui erat ſubter bethachar. Tulit aũt ſamuel lapidem vnum· z poſuit eũ inter maſphat z inter ſen: z vocauit nomen loci illius lapis adiutoꝝ. Dixitq; hucuſq; auxiliatus ẽ nobis dñs Et humiliati ſũt philiſtiim: nec apposuerũt vt venirent vltra in terminos iſrael. Facta eſt itaq; manꝰ domini ſuper philiſteos cunctis diebus ſamuel· z reddite ſunt vrbes quaſ tulerat philiſtiim ab iſrl iſraeli: ab acharon vſq; geth z terminos ſuos. Liberauitq; iſrael ꝺ manu philiſtinoꝝ. eratq; pax iter iſrael z amorreũ. Judicabat quoq; ſamuel iſrael cunctis diebꝰ vitę ſuę. Et ibat per ſingulos annos circuiens bethel galgala z maſphat: z iudicabat iſraelẽ in ſupra dictis locis. Reuertebaſq; i rama tha. ibi enim erat domus eius: z ibi iudicabat iſraelem. Edificauit ibi etiam altare domino.

.C. .VIII.

Factum ẽ aũt cum ſenuiſſet ſamuel. poſuit filios ſuos iudices ſuper iſrael. Fuitq; nomẽ filij eius primogeniti ioel: z nomen ſecundi abia: iudicum in berſabe· Et non ambulauerũt filij illius in vijs eiꝰ ſed declinauerũt poſt auariciam· acceperũtq; munera: z peruerterũt iudicium. Cõgregati ergo vniuerſi maiores natu iſrael: venerũt ad ſamuel i ramatha· Dixeruntq; ei: Ecce tu ſenuiſti: z filij tui nõ ambulant in vijs tuis. Conſtitue nobis regem vt iudicet nos: ſicut z vniuerſe habent nationes. Diſplicuit q; ſermo in oculis ſamuelis: eo q dixiſſent da nobis regem vt iudicet nos Et orauit ſamuel ad dñm Dixit aũt dominuſ ad ſamuel Audi vocem populi in omnibus quę loquũtur tibi. Non enim te abiecerunt: ſed me ne regnem ſup eos iuxta omnia opera ſua quę feceꝛt· a die qua eduxi eos de ęgypto: vſq; ad diem hanc. Sicut dereliquerunt me: z ſeruierunt dijs alienis ſic etiam faciunt tibi. Nunc ergo audi vocem eoꝝ. Verumtamen cõteſtare eos: z p̃dic eis ius regis· q̃ regnaturus ẽ ſup eos. Dixit itaq; ſamuel omnia verba dñi ad populum qui poſcerat a ſe regem· z ait: Hoc erit ius regis· qui impaturus ẽ vobis. Filios veſtros tollet: z ponet in curribus ſuis. Facietq; ſibi equites z prȩcurſores quadrigarũ ſuarum. Et cõſtituet

Eratq; par. chriſtus ẽ nra pax: q̃ fecit vtraq; vnũ· p quẽ facti ſũt ppe q̃ erãt lõge

Galgala. Ciuitas ẽ vbi ioſue ipſum ſcõo circũcidit z paſcha celebrauit: z deſiciẽte mãna iſrl vſus ẽ panib⁹ triticeis. vbi z lapides ſũt trãſlati ꝺ alueo iordanis. vbi tabernaculũ teſtionij multo tpe fuit. hꝫ ceciꝺit i ſorte iude: z vſq; hodie oñdit locus in ſecũdo ab hiericonte miliario hoiby illius regionis venerãdus. Sz iuxta bethel q̃d i altã galgalã ſuſpicãt

Intonuit .R. cũ p̃dicatore3 eũ geñ dñs itonat: ſpiritales hoſtes i fugã puertit coꝝ iſrl. i. ꝑſo dei. z ꝑſequit eos vſq; i domũ agnitiõis: vſq; q̃ ſ. ois error: exp̃urget. z dꝰ ꝑ ẽ cognoſcat.

Galgala. interp̃tat volutano vl reuelatio. bñ q̃ pba i bethel z i galgala z maſphat iudicauit iſrael. z reuertẽs i ramatha i domũ ſuã iudicauit ibi iſrl: z edificauit ibi altare dño Ex empliſ tribuens iudiciũ eſſe faciẽdũ in domo dei· nõ idiſcrete: vel malinola meate· ſed ſcõm qꝺ ſcripꝛa reuelauerit· z intẽtione bona z amore fratino: z ſic eẽ reuertẽdũ i ramatha i domum ñram. i. ad eterna pectoris: vt vacem⁹ pte platõi. z i altari fidei gratas hoſtias opis z ẋitatis offeramus.

Edificauit al. d Ex ꝓcepit ñ edificari altare: niſi vbi dñs elegiſſet. ſed ne imolarẽt dijs: ꝑſtruit altare i q̃ nõ reꝑhendit.

Poſuit ſi. R. q; ſcõm ioſephũ alterꝰ i bethleẽ· alterũ in berſabe poſuit.

Abia R. pr̃ dñs ſ. pr̃ fuit bñ q̃ i iſcbo ata iuſticia ñ pmãſerũt: z pnitatẽ dñi ne gleceꝛt: fuit deꝰ vl pr̃ fuit noiati ſũt. vt ſignificẽt pnitate dei indigni.

Et nõam .ꝛc. q; p munere oppmebãt

iustitiā ad ꝓfal ꝓcio lacꝝ pumia dclinātes

¶ Vocabulo saul. Saul qui offe lo deo factus ē rex in per israel: iudeos si gnificat. sicut eni ipse durus ⁊ superbus ⁊ rigidus factus est: vt eos seruiti onere ma gis premeret qꝫ libe raret. sic populus in deorum: quāuis vn ctus in sacerdotibus ⁊ regibus: tamen an ille finis erat quē in seruitutē generabat: nec perfectā libertatē per victionem conse qui poterat. ꝓcepte qui a regem verum ⁊ manifestā recipere no fuit: per quē ponit li beram. Saul ergo pe titio interpretat. qui fuit de stirpe benia min: quia hinus eis filij abiel. filij seor. filij berhoreth. filij sared filij aphia. Benia min filius dextre. Cis durus: vel vomitus viri: vel vomens vir. Abiel pater meus de us. Seor parvulus: turbulen⁹. Bechoreth. primogenit⁹ tu⁹ Sared delectio. Aphia liberalitas dñi Israel ergo filius dei primogenitus. ⁊ pat eius deus. filius fuit dextre: qꝫ per auxiliū dei hostibus pugna fuit: sed qꝫ ingratus ⁊ durus a liberalitate dñi descendit: i bla phemiā erupit: ⁊ de magno parvulus: ⁊ de placido turbulen tus factus est.

R. Q. saul asinas pa tris sui quērens. venit ad prophetā. a quo unctus est. significat qꝫ iudei stultitiā car nalis sensus sequētes ꝑ errores demoꝝ luxū mundi perquirunt. Asinus enim brutus ⁊ luxuriosum animal est. ⁊ ad prophetā ve nientes. i. moysen: au diunt asinas esse in ventas. i. bona terre sibi esse debita. a quo etiam unctionis oleū ⁊ regni gubernaculū promittit. ī quib⁹ ad tēpus fratres suos ⁊ manu hostium eripe ret.

§ iudices.

sibi tribunos ⁊ centuriones. ⁊ ara tores agrorum suorum. messores segetum. ⁊ fabros armorū ⁊ curru um suorum. Filias quoqꝫ vestras † § coquinarias faciet sibi vnguentarias. ⁊ † focarias. ⁊ panificas. Agros quoqꝫ ve stros ⁊ vineas ⁊ oliueta optima tollet. ⁊ dabit seruis suis. Sed ⁊ † § que redeunte anno vince ꝓferunt. segetes vestras. ⁊ † vinearū reditus addecimabit: vt ⁊ det eunuchis ⁊ famulis suis. Seruos etiaꝫ ve stros ⁊ ancillas ⁊ iuuenes opti mos ⁊ asinos auferet: ⁊ ponet in opere suo. Greges quoqꝫ vestros addecimabit. vosqꝫ eritis ei serui Et clamabitis in die illa a facie re gis vestri. ⁊ non exaudiet vos do minus in die illa: quia petistis vo bis regem. Noluit autē populus audire vocem samuelis. sed dixe rūt: † § .i. audiamus te. Nequaqꝫ. rex enim erit sup nos. ⁊ erim⁹ nos quoqꝫ sicut oēs gentes. ⁊ iudicabit nos rex noster ⁊ egredietur ante nos: ⁊ pugnabit bella nostra ꝑ nobis. Et audinit samuel omnia verba populi: ⁊ lo cutus est ea in auribus domini. Dixit aūt dñs ad samuelē. Audi vocē eorū: ⁊ cōstitue super eos re gem. Et ait samuel ad viros israel § donec indicet deus quid fac amus. vadat vnusquisqꝫ ī ciuitatē suā.

C. IX.

Erat vir de † § filius dextre. † § durus vel vomitus vir: vel vomens vir. beniamin nomine † § pater meus deus. † § parvulus vel turbu lentus. † § primogenitus tuus. filij † abiel. † filij seor. † filij bechor † § descendens vel descensio. † § liberalitas domini. † § bonorum fuit. erat autē familia pertinens ad tribum beniamin. filij † sared. filij † aphia. filij viri † ge mini fortis roboꝝ. Erat ei filius

§ petitio.

vocabulo saul. electus ⁊ bonus: † § secundum huius vite iusticiam. ⁊ non erat vir de filijs † israel † melior illo. Ab humero ⁊ sursū eminebat super omnē populum. Perierūt autem asinę cis patris saul. Et di xit cis ad saul filiū suum. Tolle te cum vnum de pueris: ⁊ cōsurgēs vade ⁊ quęre asinas. Qui cū trā sissent per montē ephraim. ⁊ p ter ram salisa. ⁊ non inuenissent: trāsi erunt etiā per terram † § ciuitas melchisedech. salum. ⁊ nō erant: sed ⁊ per terrā § .i. beniamin geminū ⁊ mi nime reppererunt. Cum autez ve § ,pauus samuelis nissent in terram iuph. ⁊ non iue nissent. dixit saul ad puerum suū. qui erat cū eo: Veni ⁊ reuertamur § a mente amouerit. ne forte dimiserit pater meus asi nas: ⁊ sollicitus sit ꝑ nobis. Qui ait: Ecce est vir dei in ciuitate hac vir nobilis. Omne qđ loquitur: absqꝫ ambiguitate venit. Nūc er go eamus illuc: si forte indicet no bis de via nostra ꝓpter quā ve nimus. Dixitqꝫ saul ad puerū suū † § putauit saul. qꝫ non indicaret asinas nisi ꝓcio. Ecce ibimus. † quid feremus ad † § faculis uel pera. virum dei? Panis defecit † i sutar cijs nostris. ⁊ spoꝛtulam nō habe mus: vt demus homini dei: nec quicquā aliud. Rursū puer respō dit sauli ⁊ ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti. demus homini dei: vt idi cet nobis viam nostram. Olim in israel sic loquebatur vnusquisqꝫ vadens consulere deum. Venite eamus ad videntez. Qui enī ꝓ pheta dicitur hodie: vocabaꝫ oliꝫ videns. Et dixit saul ad puerum suum. Optimus sermo tuus: veni

¶ Non erat melior. Fe. Secūm pręsentis vitę iusticiam. Idem. Hoc magis ad xp̄m pertinet: ꝺ quo dicit: ecce puer meus electus quem elegi: ⁊ alibi. Quis similis deo in filijs dei.

¶ Stateris. Stater siclus ē qui habet xx. obolos. i. denarios decem.

¶ Demus. Quāuis se dare decreuerint: non legimus qꝫ sa muel acceperit. si ta men accepisset: nō re putaretur in diuinati onis premium: sed in prophete stipendiū.

¶ Olim in israel sic loquebat. ⁊c. Vt ait beda non hy storiographi: sed el dre verba sunt.

¶ Videns. Dicit prophetā: qꝫ per spi ritū prenoscit futura.

¶ Cliuū. Cliuus ascensus montis flexuosus.

camus. Et ierunt in ciuitatē i qua erat vir dei. Cunq; ascenderent cliuū ciuitatis inuenerūt puellas ciuitatis egredientes ad hauriendam aquam: z dixerunt eis. Nū hic est videns? Quę respondētes dixerūt illis. Hic est ecce ante te: festina nūc. Hodie enim venit i ciuitatez: qz sacrificium est hodie populi in excelso. Ingredientes vrbem statim inuenietis eū: a ñq; ascendat excelsum ad vescendū. Neq; enim comesurus ē populus donec ille veniat: quia ipse benedicet hostię: z deinceps comedēt qui vocati sunt. Nunc ergo cōscēdite: quia hodie reperietis eū. Et ascenderunt in ciuitatem. Cunq; illi ambularent i medio vrbis: apparuit samuel egrediens obuiam eis: vt ascenderet in excelsū. Dñs aūt reuelauerat auriculā samuelis ante vnā diem q̄ veniret saul dicens: Hac ipsa hora: quę nunc ē cras mittam ad te virum de terra beniamin: z vnges eum ducē sup

¶ Et unges eum duce. Saul victus christū significat: qui z ipse christus appellatus ē. vñ. Quare ñ timuisti mittere manum in christū dñi.

populum meum israel: z saluabit populus meus israel de manu phi- ¶ S. christus saluet populum suū de potestate demonum.
listinorū: qz respexi populū meū. in aduentu christi.
Venit enim clamor eorum ad me. Cūq; aspexisset samuel saulē: dñs ait ei. Ecce vir quē dixeram tibi. Iste dominabit populo meo. Accessit aūt saul ad samuelem i medio porte: z ait. Indica oro mihi: vbi est domus videntis. Et respōdit samuel sauli dicens: Ego sum videns. Ascende ante me in excelsum vt comedes mecum hodie: z dimittā te mane: z omnia quę sūt in corde tuo indicabo tibi. Et de asinis quas perdidisti nudiustertius ne sollicitus sis: quia inuētę sunt. Et cuius erunt optima quęq; israel? nonne tibi z domui patris tui? Respondens aūt saul ait: Nū quid non filius gemini ego sum de minima tribu israel: z cognatō mea nouissima inter omnes familias de tribu beniamin? Quare ergo locutus es mihi sermonē istū? Assumens itaq; samuel saulem z pueruum eius: introduxit eos i triclinū: z dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. Erant enim quasi. xxx. viri. Dixitq; samuel coco: Da partem quā dedi tibi: z p̄cepi vt reponeres seorsū apud te. Leuauit aūt cocus armum: z posuit ante saul. Dixitq; samuel. Ecce qd̄ remānsit pone ante te z comede: quia de industria seruatus est tibi quādo populū vocaui. Et comedit saul cum samuele in die illa: z descenderūt de excelso i oppidum: z locutus est cū saul in solario. Strauitq; saul z dormiuit i solario. Cūq; mane surrexissent: z iam dies lucesceret. vocauit samuel saul in solarium dicens: Surge vt dimittam te. Et surrexit saul. Egressiq; sunt ambo ipse videlicz z samuel. Cūq; descenderēt in extrema parte ciuitatis samuel dixit ad saul: Dic puero vt ātecedat nos z transeat. Tu autez subsiste paulisp: vt indicē tibi verbū dñi.

¶ Omnia que s. i. Hr. Traduit hebrei fuisse i corde saul: qz rex esset futurus. cum vidisset p visum sei vertice arboris palme collocari: qd̄ est signum regnaturi.

¶ Assumēs itaq; ꝛc. Hr. Q samuel saulem in excelsū duxit refectionē tribuit: significat ppheras populū hebreoz doctrina sua ad altiora prouocantes: vt scientia spiritali refectus i culmine virtutū cōsistat nec relabat ad vicia

¶ Triclinū. Loco naculū a tribus lectualis discūbentium.

¶ De industria. i. de prouidentia. Datur intelligi qz iam cōmederit: licet nō plene. qz reuelante dño qd̄ veniret saul: conuiuium dilatū est.

¶ Cūq; descenderent. Descenderunt de excelso: vt in alio secretiori loqueret de regno z ungeret eū.

C.X.

¶ Tulit lenticulam. Lenticula vas fictile quadrangulū: in latere habēs foramen per qđ fragilitas regni designatur.

C. X.

TVlit autē samuel lenticulā olei·z effudit super caput ei⁹: z deosculat⁹ eū ait. Ecce vnxit te dominus sup hereditatē suam in principē: z tu liberabis populū eius de manu inimicoꝝ eius qui in circuitu sūt Et hoc tibi signum: quia vnxit te dñs in principē. Cum abieris hodie a me: invenies duos viros iuxta sepulcrum rachel in finibus † ſ causa delectationis et exercitii beniamin in meridie† salietes magnas foueas: dicentq; tibi. Inuētę sunt asinę ad quas ieras ꝓquirendas: z intermissis pater tuus asinis·sollicitus est pro vobis·z dicit: Quid faciam de filio meo. Cūq; abieris inde·z vltra transieris z veneris ad quercū thabor: ſ causa orationis inuenient te ibi tres viri ascendētes ad deum in bethel· vnus portans tres hedos: z alius portās tres tortas panis·z alius portās lagenam vini. Cūq; te salutauerit dabunt tibi duos panes: z accipies de manu eorū. Post hęc vēies ſ collis dei locus ē: vbi prophete habitabant in collem domini· vbi ē statio philistinoꝝ. Et cum ingressus fueris ibi vrbem·obuium habebis gregem prophetarū descendentiū de excelso: z ante eos psalteriū z timpanum· z tibiam· z citharā. ipsoq; prophetāt. Et insiliet in te spiritus domini· z prophetabis cū eis: z mutaberis in virum alium. Quando ergo cuenerit signa hęc omnia tibi·fac quęcūq; inuenerit manus tua; quia dominus tecū est. Et descēdes ante me in galgala. ego quippe descendā ad te· vt offeras oblationē: z immoles victimas pacificas† septem diebus ſ subauditur ī cōsecratione regni tui septē † ſ subauditur ī cōsecratione regni tui septē itaq; dies nō ad expectandā: sed ad immolandū statuti sunt. Expectabis donec veniā ad te: z ostendā tibi quid faciaſ. Itaq; cū auertisset humerū suū· vt abiret a samuele immutauit ei deus cor aliud: z venerūt omnia signa hęc in die illa. Veneruntq; ad ꝑdictū collem: z ecce cuneus prophetarū obuius ei. Et insiluit super eū spiritus domini: z prophetauit ī medio eorum· Videntes autē omnes qui nouerant eū heri z nudiustertius: q; esset cum prophetis z prophetaret·dixerūt adinuicē: Quę nam res accidit filio cis? Num z saul inter prophetas? Respōditq; alius ad alterum dicens: Et quis pater eius? Propterea versus est in prouerbiū. Nū z saul inter prophetas? Cessauit aūt prophetare z venit ad excelsum. Dixitq; patruus saul ad eum z ad puerū ei⁹ Quo abistis? Qui respōderunt. Querere asinas. Quas cum non repperissemus: venimus ad samuelez. Dixitq; ei patruus suus. Indica mihi quid dixerit tibi samuel. Et ait saul ad patruum suum. Indicauit nobis: q; inuentę essēt asinę. De sermone autez regni nō ne videretur gloriari· vel ne inuidiam generaret sibi indicauit ei: quę locutus fuerat ei samuel. Et conuocauit samuel populum ad dominū in maspha: z ad filios israel. Hęc dicit dominꝰ deꝰ isrł. Ego eduxi isrł de ęgypto:

¶ Et prophetabis. Judei tradunt eū prophetasse de futuro seculo. de gog z magog. ō premijs iusto: z pęnis malorū.

¶ Quādo ergo e.ſ. quasi dixisset signis nosse poteris: q; deus te regem fore voluit. ideo ī omnibus regaliter age: q; dominus tecum est.

¶ Septē diebus Subaudit in consecratione regni tui: sicut in consecratiōe sacerdotuꝝ. vij. diebus offerebantur victime

¶ Et venerūt oīa Significat: q; iudicasse omnia quę moyses z ꝓphetę ꝑdixerāt euenerūt. Ipsi vo libros legis z prophetarum tenentes· diuinare videntur: cū futura mysteria de christo z ecclesia in eis scripta ꝓnunciare noscantur.

¶ Et quis pater eius: Quasi qs maior: illo in dignitate z sapientia: Pōt ergo tanq; pater z magister inter prophetas vrsari.

¶ Et quis pater eorum. i. ꝓphetaz subauditur nisi deus

¶ Mystice. Seniores israel repetebato samuele: regez sibi petierunt: z scribę cū pharisęis repulso xpo vero sacerdote clamauerunt. nō habemus regem nisi cęsarē. vii samuel interpretatur nomē ei⁹ deꝰ. Saul petitus sine petitio: q; a populo est postulatus: barrabas itelligit. Cis dur⁹ vel vomens. Abiel pater meus deus. Judei enim duri z vomentes deū patrē confitendo· filium negant: sed q; negat filiū· negat z patrē qui misit eum.

Saul asinas patris quęrens: in regno assumptus ē: z salutator a pie missus ad omnes quę perierāt domus israel: super cunctum populū in regē cōstituturus est. Hoc cū sūt asinę qđ oues. Saul accepit armā: z christus principatū. Saul a samuele est unctus. z unigenitus a patre spirituali unctiōe delibutus. Ab humero saul supereminebat: quia caput nostrū supra nos ē christus.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

C.XI.

¶ Naas iabes gala: Iabes sensus Galaad aceruus testimonij. Naas.i. serpens.s. diabolus ascendit contra sensum testimonijs scripture eruditum.

¶ Et respondit ad.e.n. Helia naas bellum hereticorū cōtra ecclesiā significat. Naas interpretatur serpens. Amon compmēs vl eo angustās vel populus meroris Habes excecata. Galaad aceruus testimonij. Naas ergo significat serpētē antiquū qui est princeps ammonitarū.i. hereticorum. Dic est enī populus meroris: q nō habet gandiuz spūs sancti: qui disponit fedus cū populo ecclesie: vt eruet oculos dextros: visuz salicz sanę z orthodoxę fidei. Sinistrū relinqt oculū: vt.s. prana tā tum sentiāt. sed mens fidelīū excecata a sorde vicio.ū: aceruū testimonij.i. sententias sancte scripture cōgerit: quibus viriliter resistat hosti.

℟ ¶ In bezec. Urbe.i. adonibezec: vsq hodie due ville dicunt bezec in sepño lapidū a neapoli descendentibus ctopoli. Bezec interpretatur egestas. z electorū paucitatē significat. vnde multi sūt vocati: pauci vo electi Rex qps nr xps q est sacerdos z pphēta: contra hostes acie dirigens. de viroz populo milites eligit fide trinitatis z perfectiōe insignes. hostes fugat z peruntit gladio spūs: a mane in vesperum fidei: vsq dū lumen scientię z ardores charitatis p totum orbē ecclesia diffundat.

c

C.XI.

Et factū ē qua si post mensem· ascendit naas ammonites: z puguare cepit aduersuz iabes galaad. Dixerunt autem omnes viri iabes ad naas. Pabeto nos fœderatos: z seruiem⁹ tibi. Et respondit ad eos naas ammonites: In hoc feriam vobiscū fœdus· vt eruam omniuz † ꝟ intellectum fidei. ꝟ propter vsum bel li: ne viderent hostem sinistro oculo sub clipeo absconso.
vestruz† oculos dextros: ponāqz vos opprobriuz vniuerso ysrael. ꝟ excecata.
Et dixerunt ad eū seniores iabes Concede nobis septē dies: vt mit † ꝟ doctores.s. ecclesie qui sentum fidei debēt contra hostes opponere.
tamus nūcios ad vniuersos terminos ysrael. Et si non fuerit qui defendat nos egrediemur ad te. Uenerunt ergo in gabaath saulis nuncij: z locuti sunt verba audiēte populo. Et leuauit omnis populus vocem suam z fleuit. Et ecce saul veniebat: sequens boues de agro· z ait: Quid habet populus quid ploratꝫ Et narrauerūt ei verba virorū iabes. Et insiluit spiritꝰ domini in saul· cum audisset verba hęc: z iratus est furor eius nimis. Et assumens vtrūqz bouem concidit in frusta. Misitqz in oēs terminos ysrael: per manum nunciorū dicens. Quicūqz non exierit· secutusqz fuerit saul z samuel: sic faciet bobus eius· Inuasit ergo timor domini populū· z egressi sunt q̄si vir vn⁹: z recensuit eos i bezec. Fuerūtqz filiorꝫ ysrael † trecē † ꝟ fide trinitatis insignes.
ta milia. virorū autē iuda trigita milia. Et dixerūt nūcijs q̄ venerāt

† ꝟ fide trinitat⁹ et cognitione legis preclari.

z eruí vos de manu ęgyptiorū: z de manu omniū regum qui affligebant vos. vos aūt hodie proiecistis dñm deuz vestrū: qui solus saluauit vos de vniuersis malis· z tribulationibus vestris: z dixistis. Nequaqz: sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram domino per tribus vestras z per familias. Et applicuit samuel omnes tribus ysrael: z cecidit sors sup tribū beniami Et applicuit tribum beniamin z cognationes eius z cecidit super cognationē metri: z peruenit vsqz ad saul filium Cis Quęsierunt ergo eum: z non ē inuentus illic. Et consuluerūt post hęc dñm. vtrū nam vēturus esset illuc: Responditqz dñs: Ecce absconditus est domi. Cucurrerunt itaqz z tulerūt eum inde. Stetitqz in medio populi: z altior fuit vniuerso populo ab humero z sursū. Et ait samuel ad omnē populum. Certe videtis quē elegit dñs: qm̄ nō sit similis illi in omni populo. Et clamauit cunctus populus· z ait: Uiuat rex. Locutusqz ē aūt samuel ad populum† legem regni· z scripsit in libro: z reposuit coram dño. Et dimisit samuel omnē populū: singulos in domū suā. Sed z saul abijt in domuz suam in gabaath: z abijt cum eo pars exercitus: quorū tetigerat deus corda. Filij vero belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste: Et despexerunt eū: z nō attulerūt ei munera Ille vero dissimulabat se audire.

† ꝟ quid rex a populo exigere: quid populus regi dare deberet.

Sic dicetis viris qui sunt i iabes galaad. Cras erit vobis salus: cū incaluerit sol. Uenerunt ergo nūcij: z annūciauerunt viris iabes. Qui lętati sunt: z dixerūt. Mane cribimus ad vos: z facietis nobis omne qđ placuerit vobis. Et factum est cum venisset dies crastinus: constituit saul populū in partes: z ingressus est media castra in vigilia matutina: z percussit amō vsq; dum incalesceret dies. Reliqui autē dispersi sunt: ita vt nō relinquerent in eis duo pariter. Et ait populus ad samuelem: Quis est iste: qui dixit saul: nō regnabit super nos: Date viros z interficiemus eos. Et ait saul: Non interficietur quisquā in die hac: quia hodie fecit dominus salutē in israel. Dixit autē samuel ad populū: Uenite z eamus in galgala: z innouemus ibi regnū. Et perrexit omnis populus in galgala: z fecerūt ibi regem saul coram dño in galgala z immolauerūt ibi victimas coram domino pacificas. Et lętatus est ibi saul z cuncti viri israel nimis.

¶ Dispersi sunt. Quia congregatio pia nostrū charitatis z fidei vnitate nō iungitur: ab inuicē dissensione separatur. vnde. Inimici tui domine peribūt z dispergent'

C. XII.

¶ De quibus paulus·iacobus·cephas·z iohes·qui videbantur colūne esse ꝛc. Quibo verbis exponere videt' mysteriū columnarum materialiū·z quid·s·figurarunt·z quare due sunt·apostolos eni3 z cunctos doctores significāt fortes fide z opere z erectos contēplatione. Due aūt sunt vt prepūtium z circūcisionē ꝓdicādo in ecclesiam introducant. Stabāt in portico ante fores tēpli·z ingressu3 illius suo decore vtraq; parte ornabant. Postium aūt templi dominus ē·qui ait. Nemo venit ad patrem nisi p me. Et alibi: Ego sū hostium ꝛc·qđ·s·hostiu3 colūne ab vtroq; latere posite circū stant: ex3 ministri sermonis vtriq; populo introitum ꝯcli ostendūt: vt siue a luce scientie legalis. vel ex rigore gentilitatis ad fidem euangelij quis venerit: habeat eos paratos qui sibi iter salutis verbo ministrent z exemplo. Vel quia de his columnis in paralipo·scriptum est. Ipsas columnas posuit in vestibulo templi·vnam a dextris z alteram a sinistris·ideo facte sunt due columne; vt nobis in psperis z in aduersis ingressum patrie celestis ante oculos mētis habendum esse doceant. Hinc paulus colūna domus dei nos per arma iusticie a dextris z a sinistris muniendos esse suis suoꝝq; hortatur exemplis: vt nec psperis delectati·nec fracti asperis a recta via qua ad promissam patriam gradimur vlla in parte declinem⁹.

¶ Decem et octo cu. Per eni seni decem z octo faciunt·tria sex ad finem ptinent ꝓpter trinitatē·sed ad oratiōnē·q; sex diebus factus ē mundus·tria per sex multiplicant·cum iustus et fide viuit z cognitōem pie fidei cumulat executōe bone actionis.

¶ Et linea duodecim. Be. Norma apostolice institutōnis ambit columnā vtraq; cum doctor iudeis vel gentibus ꝓdicare missus·ea tantū facere curat z docere: que per apostolos accepit z didicit ecclesia·nam q̄ aliter docere viuere vel predicare voluerit·z apostolica decreta spernere vel p libitū suo noua statuere: non est columna in templo dei·quia dum apostolica instituta sequi cōtemnit: vel exilitate inertie·vel elatōis grossitudine duodecim cubitoꝝ linee non cōuenit.

¶ Duo quoq; capi. ꝛc. Be. Capita columnarū·i·suprema pars eoꝝ precordia sunt doctoꝝ·quoꝝ teo deuotis cogitationib⁹ sic capite mēbra ita ipsorum opera dirigunt' z verba. Duo aūt capitella capitibus supposita duo sunt testamēta·quorum meditatōi z obseruatōi doctores z anio subdunt' z corpore. Vnde vtriq; capitellū quīq; cubitos altitudinis habet·quia quinq; libris scriptura mosaice legis cōprehenditur·quinq; etā secula ꝯtates tota veteris testamenti series cōplera est·nouum vero testamētū non aliud ꝓdicat q̄ quę moyses predicando per hoc predixerat et ꝓphe·vnde si credieretis moysi·crederetis z mihi. Cum ergo admirabili diuine operatōis concordia z noui gratia testamenti in velamine erat veteris condita·z nunc sacramenta veteris per lucem noui sunt revelata·q̄si capitellum vtriq; columne quinq; cubitis altum est: quia manifestum ē q̄ in veteri cuius sacramēta in quinq; gratibus sunt plenius cōprehensa euangelice perfectōis est insita gratia.

¶ Septena uersuū retiacula. Hoc i palipo·ita scriptū est: necnō z q̄si catenulas i oraculo·z fuppofuit eas capitibus columnarū. Spēs enim catenarū z similitudo retis in capitellis·varietas est specialiū virtutum in sanctis. Vnde astitit r·a·d·i v·d·id ē·in vestitu fulgide dilectōis circūdata varietate diuersoꝝ charismatū. Vl multiplex cōtextio catenarum z retis expansio·multiphariasq; electoꝝ psonas insinuat: qui cū ꝓbis ꝓdicatoꝝ fideliter obediēdo adherent: quasi colūnarum capitibus suppositi retis z catenule miraculū sue cōnexionis cunctis spectantib⁹ ꝓbent. Pe eni catene miro sibi inuicem sunt ope cōtexte: q; mirabili gratia spūs actum ē·vt vita fideliū·locis·tporibus·gradu·cōditōe·sexu·z ętate multum secreta vna fide z dilectōe sit cōiuncta.

¶ Septenario spiritalis gratia signatur. Vnde q̄ sunt septem spūs dei missi i omnē terrā·qđ ysaias apertius explicat dicens: z requiescet sup eū spiritus dñi·spiritus sapiē z intelligētie·spiritus con·z fort·ꝛc. Septena versuū retiacula erant in capitello vtroq; q̄ pfectus vtriusq; tel·p gratiā vnius spūs septiformis vt essent electi ac ceperunt.

Utrūq3 capitellum columnarum fusile erat. Septena versuum retiacula in capitello vno·z septena retiacula in capitello altero. Et p̄fecit columnas·z duos ordines per circūitum retiaculoꝝ singulorum vt tegerent capitella que erāt super summitatem malogranatorum. Eodem modo fecit z capitello secundo. Capitella autē que erant super capita columnarum

sad spectaculū sui decoris.'

columnas ęreas decem z octo cubitoꝝ altitudinis columnā vnā z linea duodecim cubitoꝝ ambi
si diametro igit quatuor qz ęgyro xii. cubitoꝝ
ebat columnaꝫ vtraq;. Duo quoq; capitella fecit·que ponerentur super capita columnarū fusilia ex ęre: quinq; cubitoꝝ altitudinis capitellum vnum·z quinq; cubitorum capitellum alteruꝫ: z quasi in modum retis z catenarum sibi inuicem miro opere cōtextarum.

¶ Et duos ordi. Bed. Videt' malogranata facta esse in circuitu capitelloꝝ·a parte inferiori·z ex ipsis malisgranatis oriri retiacula quibus capitella ex pte aliq̄ tegerentur·significat' qđ virtutes ex virtutibus nascunt'·z q̄ sancti ābulant ꝺ virtute in virtutē.

¶ Be. Duo ordines erant retiaculorum i giro capitelli: sex vterq; ordo septemplici versuum currebat ordine·donec circūacto capitello i seipsum quasi facto circulo rediret·q; sex deum et toto corde z primum sicut nos diligere ꝓximus: sed vterq; ordo septē habet versuum retiacula·quia nec deus nec primus sine spiritali gratia diligit'. Veridica enī sentētia dicitur: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spūm sanctum. Similiter autem z proximi: quia vna sine altera esse non potest. Facta sūt retiacula hec vt tegerēt capitella·i·vndiq; in gyro circūdarent: q; ois scriptura sancta cum recte intelligit': gratiā p oīa charitatis sonat z pacis. Capitella enī voluntina diuia: retiacula sunt vincula mutue dilectōis. Et retiaculis teguntur capitella: cū sacra eloquia dono charitatis ꝓbant' vndiq; vestita. Nam z in eis q̄q; i scripturis nō intelligimus: charitas latet·z in eis q; intelligimus late patet.

¶ Ut tegerent capitella. Be. Cū dictū sit de retiaculis vt tegerēt capitella q̄ erant sup sūmitatē malogranatoꝝ·videt' iuxta ordinē ipsius operis·q; malogranata facta fuerint in circuitu capitelloꝝ a pte inferiori·z ex eisdē malogranatis oriri retiacula·quibus capitella ex pte aliq̄ tegerent'. Patetq; mysteriū q̄re retiacula sup sūmitatē fuerit malogranatoꝝ annexa: q̄ ad vnā pene significatōꝫ psonarū vl virtutū ptinēt. Quia⁹ eni virtutes de virtutib⁹ nasci·z sanctos ambulare de virtute i virtutē: donec videatur deus in syon·qua virtute nulla potest maior adiri. vnde tribulatio patientiam operatur: patientia ꝓbationē·ꝓbatio vero spem. In ipso etiam electoꝝ collegio inuicem sibi succedunt psonę illustrium·z minores antecessorum gaudēt adherere vestigijs eoꝝ dictis vel scriptis muniri ne in errorē labantur. Retiacula ergo sunt sup summitates malogranatoꝝ apposita: cum precordia charitatis perfecta sunt supadiecta operibus·z vtroq; virtutis itinere operatōne·s·z charitate sanctorū vita claresc̄t: q̄si circulo malogranatoꝝ i capitellis columne concatenatio retiaculoꝝ sup addita cōmittatur. Et quoniā omnia virtutum dona ꝓsentium ad eternā remuneratōem que per euangeliū est nobis promissa z ministrata respicūt: apte subiungit'. Capitella aūt q̄ e·s·c·c·ꝛc.

¶ Malogranatorū. Que vno foris cortice multa interius grana circūdant: sicut ecclesia vno fidei munime innumera electorū agmina includit·potest etiā cuiusq; iusti vita moresq; signari·q̄ velut plurima vno cortice grana cōplectens: multa cogitationū virtutūq; signa ne defluant firma fidei z humilitatis vallat custodia. Bene aūt capita columnarum malogranatis erant in gyro circūdata: q; sancti doctores priorum fideliū vitam ad memoriā renocant: eorum exemplis actus suos z sermones vndiq; muniunt·ne si aliter viterint: errent. Sicut ergo retiaculoꝝ cōnexio vnitatem fideliū signat i vinculo pacis: ita malogranata ipsam insinuant

vnitatem: quę innumeros ꝓfos vna fidei regula cohibet. Vel retiaculo rum concatenatio manifestā fideliū concordiam monstrat. Malogranatorum vero ꝓpositio internas animi virtutes: quę ab alijs videri nequēt patiam-l-humilitatē benignitatē ꝛc. ꝛ quasi pulcerrima foris species pomorum apparet-sed clausa intus granorū copia nō apparet-cum sanctorū operatio palam ostendit-sed q̄ intus est fidei-spei ꝛ dilectionis ceterorūq; animi bonorum gratia non cernitur.

¶ **Quasi opere lilii.** Be. Per lilia claritas supnę patrię ꝛ immortalitatis floribus redolēs paradisi designat amenitas. Per q̄tuor vero cubitos cuāgelicus sermo qui itroitum eternę beatitudinis ꝓmittit: ꝛ iter perueniendi ostendit. Cum ergo sancti doctores ꝓmissa nobis lumia regni celestis i q̄tuor euangelij libris ostendāt: quasi capita colūnarum opus i se lilij q̄tuor cubitoꝝ exhibēt. Vbi notandū iuxta litterā: quia cū opus lilij in capitellis quatuor cubitorū esse memoratur: neq; additur latitudinis vl altitudinis-lectoris iudicio vtrum in altitudine an in latitudine intelligi debeat relictū est. Constat aūt q; columna quā duodecim cubitoꝝ restis ambiebat-q̄tuor cubitos habebat i grossitudine. Omnis enī circulus quantū habet spaciꝫ in diametro: tantū habet ter in gyro. Sine aūt latitudinē sive altitudinē accipiamus: figura ꝓficua est: q; nō nisi per euangeliū optata vox illa mundo insonuit-pœnitentiam agite-appropinquabit enī ꝛc.

quasi opere lilij fabricata erant in porticu cubitorū quattuor: ꝛ rursum alia capitella in summitate † Sciēte ꝑfectissimo quāta erat hec colūna cuius capitelli altitudo quāta fuerit nō dicitur. columnarū desuper iuxta mensuram colūnę cōtra retiacula. Malogranatorum autē ducenti ordines erāt in circuitu capitelli secundi. Et statuit duas columnas in porticu templi. Lunq; statuisset columnam dexterā: vocauit eam ſfirmitas. nomine iachin. Similiter erexit columnā secundam: ꝛ vocauit nomē eius booz. Et super capita columnarum opus in modum lilij posuit. Perfectumq; est opus columnarum. Fecit quoq; mare fusile decem cubitorum a labio vsq; ad labium rotundum in circuitu Quinq; cubitorum altitudo eius ꝛ restricula triginta cubitorum cingebat illud p circuitum: ꝛ sculptura subter labium circuibat illud. ſin robore. ſbaptismū. † Vt vniuersos orbis lauacro vite a sorde pcc catorum signaretur esse mundandos.

¶ **In porticu.** Notandum autē in hac sententia paralipo. qđ eadem porticus templi etiā vestibulum templi vocat. vnde inter vestibulū ꝛ altare ploratbant-i-inter porticum ꝛ altare.

¶ **Et rursum alia capitella ꝛc.** Be. Quoꝝ sex factura perbennis regni sublimitatem designat-quā nec oculus vidit-nec a-a-u-i-c-h-a-ꝛc. Post lilia enī quattuor cubitorū: alia capitella sunt apposita quoꝝ altitudo quāta fuerit nō dicitur-q; multa de celesti beatitudine in euangelio legimus-q; sex ibi mundi corde deum videbunt: q; erunt equales angelis dei-q; non nubent neq; nubent: q; mori vitra non poterunt: q; vbi xps ibi ꝛ ministri ei⁹ erunt ꝛc. huiusmodi. Sed ipsa spes boꝝ quę diximus: ipse status cōuersatōis patrię celestis quo se habeat-solis eius civibus qui intrare meruerunt patet. Vnde factura vel altitudine boꝝ capitellorum q̄ sup lilium erant-uncō prehensibilis terrestribus qualitas celestis habitationis insinuat. De qua tñ non latet: q; omnes ibi cōmuni felicitate duinę visionis fruuntur-tanto quisq; sublimius: quanto mūdiores ad videndum oculos cordis habuerit. Cōmunis ergo ibi benedictio omniū electorum-sed q̄ diuincta operū qualitate multę mansiones beatoꝝ in vna domo dei significant cū dicitur: ꝛ rursum alia capitella ꝛc. Iuxta mensuraꝫ columnę fuit capitella desup-cum sancti doctores imo omnes iusti doctorum vestigia sequētes ꝓmia suscipiunt eterną retributōnis scōm merita operatōis. Sup retiacula quoq; fiunt eadem capitella: quia iuxta modū dilectōis qua sibi in hac vita sancta fraternitas copulatur: supnorū quoq; civium societati in ꝑlentia sui creatoris coniungetur. Sed quia illa sancta vtriusq; populi fidelibꝫ tribuit-recte subiungit malogranatoꝝ ꝛc.

¶ **Malogranatorum.** In malogranato totam significat ecclesiaꝫ centenarius vero qui primus transit ad dexterā: beatitudinē eternam-duplicatur hic numerus malogranatoꝝ in circuitu capitelli secundi-vt significet quō vtriusq; testamenti populus in christo sit adunādus-ꝛ ad eternam introducendus coronā-vnde. Non enī longe erāt a terra sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Per ducentos enī cubitos rete plenum magnis piscibus discipuli ad dñm trahunt effectum suę resurrectionis iam in littore monstrantē-cum ꝓdicatores iudęis ꝛ gentibus verbum fidei cōmittūt-ꝛ vtriusq; ꝑli electos i vna beatitudis arce colligūt.

¶ **Columnam dexterā.** Dextera columna doctores primitiuę ecclesie significat-ꝗbꝫ eos qui ad ꝓdicandū gentibus missi sunt. Vel dextera significat eos qui venturū in carne dominū ꝓpherādo ꝓdixerunt. Sed a illos q̄ iam hunc venisse ꝛ mundū redemisse testantur. Simili vocabulo ambę censentur columnę. Vna enim firmitas-altera in robore dicitur-vt vna fidei ꝛ operis fortitudo cunctis esse doctoribus monstraret-ꝛ nostri temꝑis inertia tacite notaretur-vbi se quidā doctores sacerdotes ꝛ columnas dom⁹ dei videri ꝛ vocari volūt-cū nihil i se firmę fidei ad ꝓtēnēdas sdi pēpas ꝛ desideranda bona ꝛnfibilia nihil bēant roboris ad corrigendos nihil industrię saltē ad ꝛelligēdos eoꝝ q̄tv ꝑuersi sūt errores.

¶ **Fecit quoq; mare fusile.** Be. Hoc mare in figurā baptismi factū ē-quo in remissionē peccatorū emūdamur. Sacerdotes ei i eo lauabant-vt paliꝫ-refert. Sacerdotes enī omnes electi vocantur: qui sunt mēbra sūmi sacerdotis ihu chr sti. Recte aūtē hoc vas mare dicitur i memoriam-l-maris rubri-i quo pr⁹ p egyptios ertinctionē-ꝛ ꝑli dei liberatōem baptismi forma ꝓcessit. Vnde patres nri oēs sub nube fuerūt ꝛ omnes mare transierūt: ꝛ omnes i moyse baptizati sunt i nube ꝛ in mari. Sacramentū aūt baptismi ꝛ vitę a nobis mundicię q̄rit in hoc seculo. ꝛ vitę eterne gloriā ꝓmittit in futuro. Qđ vtriusq; in mari eneo signatur: cū esse decē cubitoꝝ a labio vsq; ad labiū ꝓhibetur. Decem enī ꝓceptis in lege dñs omia q̄ facere debem⁹ expressit. Denario eque meredes bene factoꝝ signauit: cū hunc in vinea laboranti⁹ dandū esse ꝓdixit.

¶ **A labio usq; ad la.** Quia a primo baptizato in noīe ihu xpi vsq; ad vltimū q̄ in fine ꝛculi crediturus ꝛ baptizādus est-ois fidelium chorus candē vitatis viā ingredi ꝛ cōem debet spare a dño iustitię coronā.

¶ **Quinq; cubitorū.** Quia quidq̄ visu-auditu-gustu-odoratu-tactuq; delinquim⁹: gra dei nobis p ablutōes vnifici fontis relaxat. Sz nō sufficit ꝓterito. remissio peccatoꝝ: nisi q̄s vrinceps bonis studeat operibus-alioquin dyabolus q̄ erierat de boīe: li bunc a bonis operib⁹ vacare viderit: multiplicius redit-ꝛ facit nouissima illi⁹ priora priorib⁹. vnde subditur-ꝛ restricula triginta cubit. ꝛc.

¶ **Et restricula triginta cu.** Disciplina celestiū ꝓceptoꝝ q̄ a voluptatibus religamur. vñ funiculus triplex difficile rūpit-q; obseruatio mādatoꝝ q̄ i cordibus electoꝝ fide-dilectōe-spe supnę retributōis firmata est: nullo pōt obstaculo dissolui. Restricula mare ambit cū sacramētū baptismi qđ accepimus-ꝑis opib⁹ munire studem⁹. Nec triginta cubitorū ē. quinquies enī seni-xxx-faciunt. Denario aūt i quo dñs boīem fecit cū nō esset-ꝛ refecit cū posset: bona opatio nra figurat. Et ser p quinq; multipli cantur-vt ad-xxx-puenīat: cū oēs coꝝ ꝑis sensus diuis subiugant ꝑceptis.

¶ **Aliter-ter deni faciunt triginta-ꝛ genus humanū post diluuiū de pgenie trib⁹ filioꝝ noe-latitudinē toti⁹ orbis ꝑpleuit. Sem qppe aliam-cham affricam-iaphet soboles europam ꝛ insulas maris obtinuit. Et quia baptismi mysteriū cum executōe opm ꝛ spe celestiū cunctis erat nationib⁹ ministrandum-restricula triginta cubitoꝝ mare in quo baptisma figurabatur cingebat.

¶ **Sed ꝛ hic dicendum q̄ dñs cum esset triginta annoꝝ venit ad baptismum: qui q̄m suo baptismate qđ tricenarius accepit: baptismū nostrū cōsecrauit-recte mare qđ nr̄m baptismum figurabat triginta cubitoꝝ restis circūibat-vt significaretur dono illi⁹ q̄ baptismum sine peccato subijt: baptismum nobis in eū credentib⁹ in remissionē peccatorū ꝛdicari.

¶ **Et sculptura subter la. ꝛc.** Cum ꝓdictum sit q̄ restricula xxx cubitorū mare circuierit: ꝛ nunc addatur q̄ sculptura hec subter labium posita decem cubitis ambierit: patet q̄ vas erat in modū pbiale repandum ꝛ diffusum. qđ a triginta cubitis circuitus quos habebat i labio vsq; ad

decem est coartatum. Sculptura aūt hystriata ē que aliquas rerū hysto rias imitatur. Unde p sculpturas histriatas quibus mare circūdatur: ex empla priorū tempoꝝ signantur: que nobis sunt intuenda: vt videamus quibus operibus ab initio sancti deo placuerunt: qua obstinatiōe iniqui in sceleribus pdurauerunt: quanta in felicitate reprobi perierunt. Quomō in exordio nascentis seculi cham ob maliciam inuidie damnatus. abel iu sticie merito coronatus. lamech ob adulterium ⁊ homicidiū maledictus. enoch ob gratiā pie tatis ad paradisum reduct⁹. Cham post diluuiū ob īpietatē derestatus. sem ⁊ ia phet p obsequio re uerentie perpetua bn dictiōe donati. Abra am fidei merito heres diuine pmissionis ef fectus: cetera gentiū multitudo p infideli tate relicta. Adueniē te quoq̄ ī carne dn̄o iudea pro perfidia re pulsa. gentilitas gra ad salutē reducta: et huiusmodi. q̄ ī vtro q̄ testamento soller ter cōsiderata studio sis psunt. Ideo forsi tan duo sunt ordines sculpturarū histria tarum in mari eneo. vt qui fōte baptisma tis imbuti sunt: vtri usq̄ testa. auscultent historias. Ideo decem cubitorum erant in gyro: vt quoscumq̄ in eisdē hystorijs deditos: iussis celestibus obedire: ⁊ tota itentiōe ad superna pre mia suspensos perspexerint. imitari contendant.

decē cubitis ambiēs mare. Duo ordines sculpturarū histriataruꝫ erant fusiles. ⁊ stabant super duo decim boues. E quib⁹ tres respi ciebāt ad aq̄lonē. ⁊ tres ad occidē tē. ⁊ tres ad meridiē. ⁊ tres ad oriē tē. ⁊ mare sup eos desup erat: quo rum posteriora vniuersa intrinse cus latitabant. Grossitudo autē luteris trium vnciaruꝫ erat. la

[interlinear: firmitas virtutis in baptismo. — maris scꝫ. — paralipo. palmi. iosephus quattuor digitorum.]

Duodecim boues. Be. Apostolos. euangelistas. imo oēs xp̄i ministros. Unde non alligabis os boui trituranti ꝛc. hi mare sibi super impositum portant: cū apostoli eorūq̄ successores iniunctum sibi euāgelij officium prompta deuotiōe implent. E quibus tres respiciebant ad aqui lonem ꝛc. q: in vniuersis quadrati orbis partibus fidem predicant trini tatis. Hinc quoq̄ apostoli duodecim. i. quater terni sunt electi. vt fidē ⁊ confessionē trinitatis per quattuor mundi plagas euangelizantes. bapti zarent omnes gentes in nomie patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Quorū ⁊ suc cessorū suoꝝ verba actus ⁊ passiones. facile ī presenti videre ⁊ cognoscere legendo valemus. Que vero illos in futuro maneat gloria retributōnis. nondū videre possumus.

Grossitudo aūt luteris triū vnciarū. Be. Qui lauacrum baptismi ad salutē ⁊ vitam suscipit fidem ⁊ spem ⁊ charitatē debet habere sine quibus nemo potest recte operari. Unde subiungitur. Grossitudo lu teris trium vnciarum erat.

Be. Quia robore fidei spei ⁊ charitatis. munitur pceptio baptismi. neq̄ aliter pficuum esse accipientibus ostenditur: nisi harū virtutū firma certitudo mentē accipientiū ⁊ corpora cōfirmet.

Lilij. B. Liliū comitante odoris gratia candidū colorem foris: itus aureum ostendit. ideo gloriā resurrectōis eius insinuat. qui corpis imor talitatē foris discipulis ostendit. ⁊ aīam diuina luce choruscam sibi simul inesse docuit. xp̄us quoq̄ ante passionē suam quasi adhuc clausum liliuꝫ fuit. cū ī miraculis clarus homo refulsit. Post resurrectōem vero ⁊ ascen sionē repandū sese lilium celi ciuibus exhibuit. quib⁹ in assumpta huma nitate potentiā diuine claritatis quā habuit anteq̄ mūdus esset ostēdit. Unde ego flos campi ⁊ lilium cōuallium. Labium ergo maris in quo sa cerdotes lauant. quasi labium fuit calicis: ⁊ folium repandi lilij. quia ba ptismus quo mēbra summi sacerdotis efficimur. in fide passiōis eius nos a peccatis purificat. ⁊ purificatos ad visionem glorie sue introducit. In hoc lauacro pplus circūcisionis ⁊ pputij per fidem spem ⁊ dilectōem vnū in dn̄o efficitur. Unde alias oues habeo vsq̄ ⁊ fiet vnū ouile ⁊ vnus pa stor. Unde subditur. duo milia batos ca. ꝛc.

Duo milia batos. Be. Batus hebreorū mēsura est q̄ apud eos bath dicitur: habens modios tres. ipsa est ephi quā ipsi epha nuncupāt. sed ephi ptinet ad mensuram frugū. Bathus vero ad liquida. vinum. s. aquā ⁊ oleuꝫ. Bathus ergo que certe mēsure norma est. opera significat equitatis ⁊ iusticie. quibus hi q̄ in remissione peccatoꝝ baptizant̄ necesse habent īstitui. Bathos mille capit mare. cū aqua baptismi plebem iudeo rum abluens ad regnū celeste transmittit. Recipit ⁊ alios mille: cum gen tiles eodem fonte renatos ⁊ operibus iusticie confirmatos: eiusdem regni facit esse participes.

Be. Mille pfectōem significat: quia denarium quadratū solidum fa cit. Decies enī decem centū faciunt. que figura iam quadrata: sed adhuc plana. Uerū vt in al titudinē surgat ⁊ soli da efficiatur: mltipli ca centum per decem ⁊ fiūt mille. Quo nu mero stabilis ⁊ velut quadrata iustorū cō scientia signat̄. Quo cūq̄ enī inuertis qua dratū stabit. sic ani mus electorum nulla tēptatiōe a statu recti tudinis inclinatur.

biūq̄ eius quasi labium calicis ⁊ folium repandi lilij. Duo milia batos capiebat: ⁊ tria milia me tretas. Et fecit bases decē eneas. quattuor cubitorum longitudi nis bases singulas. ⁊ quattuor cu bitorum latitudinis: ⁊ trium cu bitorū altitudinis. Et ipsū opus

[interlinear: gustus dominice passionis. — pater si fie ri potest transeat a me calix iste. — claritas resurrectōis christi. — sinare. — batus capit metretā ⁊ dimidiā. — quattuor sunt principales virtutes quibus ois virtutū structura innitet. — patientie. lon ganimitatis. — predicatores. — dilatate charitatis. — q: per exercitiū vir tutum quas cū patiā malorū ⁊ dilectione bono rum exercent. semper ad visionem sancte trinita tis aspirant. — spei. s. superne retributōis.]

Et fecit bases decem ꝛc. Multi pharie multisq̄ mo dis eadē nostre salu tis sacramēta figurā tur. Apostoli enim ⁊ apostolici viri sic per boues mare portātes significant̄: etiā p ba ses que portandis la teribus parate erant sicut ipse luteres spiri tuale lauacrum sicut ⁊ mare figurabant.

Sꝫ q̄dē iuxta palipo. oīa in eis q̄ in holocaustū oblaturi erant lauabant holocaustū aūt dn̄i generalit̄ ois multitudo electoꝝ ītelligit̄: q̄ baptiza tur in spiritusancto ⁊ igni. Sicut ergo sacerdotes qui in mari lauabant̄ significant eos. qui p baptismum efficiuntur summi sacerdotis consortes: qd̄ est in xp̄o hiesu: ita ⁊ holocausta eosdem significant: cum per ablutōeꝫ baptismi gratia spiritussancti implentur. Lauatur enī in lutere hostia cū fidelis baptismo pfunditur. Offertur in holocaustum: cū impositōe ma nus episcopi donum spiritussancti accipit. Philippus cū p̄dicaret ī sama ria in lutere templi hostias lauabat. sed quia nōdum ī quēq̄ eorum spūs descenderat: sed tantū baptizati erant ī nomīe domini ihū. velut ablute hostie nondū ad altaris ignem peruenerant. At cum missi illuc petrus ⁊ io hannes īponebant eis manus. ⁊ accipientes spiritum loquebant̄ linguis. iam ad altaris ignem hostie peruenerant: vt fierent holocaustum. id ē. to tum incensum. quia conscientias eorū gratia spiritalis implens. diuino fe cit amore ferueſcere.

Be. Qr ad portandos luteres decem bases sunt facte: poterat ita my stice interpretari: quia ministri baptismi ad eternū gaudiū quod in dena rio figuratur quos imbuunt vocant. Sed quia sequitur q̄ quinq̄ positi sunt ad dexteram partem tēpli: quinq̄ ad sinistram. magis ī eis quinarij numeri notandum est mysterium. In vtraq̄ enī parte templi posite sunt bases luterū: vt in vtroq̄ populo baptismi gratia signaretur esse panden da. Et quinq̄ sunt in vtraq̄ parte: vt significetur vniuersa que per q̄nq̄ sensus corporis deliquerant: in baptismo fidelibus esse remittēda. Sicut ergo in vno mari hobus superposito baptismi exprimitur vnitas per apo stolos toto orbe p̄dicanda: ita per duos ordines luterum q̄ gentilitas et iudea in vnam fidem per baptismū erat colligenda. Quāuis enim ī gemi nis luteribus hostie lauabātur: quedam a dextris quedā a sinistris: vno tamen igne altaris consumebant̄: vt fieret holocaustum. Quisquis enim iudeus vel gentilis baptismuꝫ suscipit: vno omnes spiritu vt filij dei fiāt sanctificantur. Unde ī quo clamamus abba pater ꝛc. varijs scꝫ linguis p diuersitate nationū. sed vno eodemq̄ nomine deū patreꝫ pp̄ter vnius donum spiritus inuocantes.

Quattuor cubitorum. Be. Quaternorū cubitorum erat longi tudo ⁊ latitudo basium. quia predicatores sine aduersa mundi ⁊ longitu dinem exilij ⁊ laborum presentiū foris tolerent. siue cor in dilectione dei ⁊ proximi interna exultatione dilatent. semper virtutibus student: pruden ter. s. inter bona ⁊ mala discernentes: fortiter aduersa sustinentes: cor ab appetitu voluptatum temperantes: iusticiam in opatione tenentes.

Et ipsum opus ꝛc. Tabule ex q̄bus bases facte sūt. q̄drate fuerūt

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

in quibus formule rotundę erāt·quę coronule siue plectę appellantur: in quarum medio celaturę leonum ꝛc.

¶ Inter coronulas et plectas ꝛc. Be. Non erat plana vlla ex pte superficies basium·sed vndiq; mystica sculpta figuris·qz sanctoꝝ mentes imo vniuersa eoꝝ conuersatio virtutū gratiā ꝓtendit. Nec aliqua hora vacua ꝓterit in qua nō vacent pijs operibus ꝛ sermonibus vel cogitationibus. Coronulas enī in se sculptas habent:cū ad ingressum ꝑmissionis vite infatigabili ꝛsilio ad terio anhelāt. Plecta s ch iter ꝛsideria vite celestis q̄ sursū est fraternę charitatis q̄ iuxta ē vincula non soluūt · Habēt inter coronulas ꝛ plectas leones· cum ita ad speranda celestia mentem erigunt· ita ad diligendos proximos dilatant: vt in peccantes qui sibi cō missi sunt aspere inuehantur. Habent cuꝝ leonibus boues : qñ inuectōes correctōis exhibent cum spiritu māsuetudinis· quando in seruore arguendi nunq̄ saltem habere vngulam discretę actionis ꝛ loquele nunq̄ verba diuine lectōis velut ruminātio in ore voluere cessant. Stephan⁹ basis eximia seruos leones tentes ꝛ vngues ostendebat plectentibus dicens: Dura cernice et incircuncisi corde ꝛc. Bubalum vero mansuetudinē cū dicebat. Domine ne statuas illis hoc peccatū. Sed qz nec spem ęternoꝝ i celis nec amorem primo ꝛ in terris·nec seruoꝝ zeli mordētis · nec leuitatem modestię cō patiētis sine scientia scripturarū habere possum⁹: bene post coronas ꝛ plectas post leones ꝛ boues cherubin sculpti esse memorant·qui scripturā significāt. Vel qz duo cherubin in ꝓpiatorio arcę in figuram duoꝝ testamentoꝝ cōcorditer de xpo canentium fabricati sunt. Vel quia multitudo scientię interpretant· quanto aūt quis studiosius diuine scripturę insteterit:tanto amplius in omnibus quę agit aut iudicat iudicium dei ptimescat:ne numis in peccantes vindicans· vel sine discretione ignoscens·iram iudicis incurrat. Qui enī addit sciam addit ꝛ laborē. vnde hic quoq; post sculpturas cherubin bene adiungitur·ꝛ super leones ꝛ boues ꝛc.

¶ Et subter leones. Quia doctores ꝛ in seueritate districtōis q̄ peccantes iudicant·ꝛ mansuetudine lenitatis qua ꝑnitentibus remittunt·riment iudicum dei·ne iniuste ligando aꝛz soluendo iuste ligent ab eo cui⁹ nequit errare iudicium.

¶ Quattuor rotę. Be. Quattuor euangeliorū libri qui(sicut volubilis rota citissime currit qua ducitur)iubente dño per apostolos totum mundum impleuerūt in breui·ꝛ sicut rota impositum sibi currum a terra subleuat·ꝛ quo auriga dirigit portat:ita electorum mentes a terrenis ad celestia suspendunt·ꝛ ad ꝓfectum operationis vel mysterii ꝓdicatōnis quo spiritualis gratia adiuuare voluerit ducunt:qz subditur quia tales erant rotę quales solent in curru fieri·legimus autē de sanctis currus dei decem milibus multiplex milia letantiū ꝛc. Si ergo bases luterū doctores sunt:qui lauacrum vitę ministrāt·ꝛ rotę quaternę basium quattuor euangelia: axes rotarum qui bases gestant corda doctorū sunt·quę euāgelicis assidua ꝓceptis:eos ab imis sustollāt·ꝛ velut immissis rotis axes a terra basium altius subleuant.

¶ Numeruli. Bed. Qui rotis ante positi ne ab aribus dilabi possent oblistebant: ꝓconia sunt ꝓphetarum: quibus euāgelica ꝛ apostolica scriptura necui legentium in dubiū veniat confirmatur. Vnde habem⁹ firmiorem ꝓphetī cum sermonē·cui benefacitis attendentes ꝛc. Vñ ꝛ marcus ait. Initiū euangelij filij dei·sicut scriptum est in ysaia prophēta·ꝛ math⁹· hoc aūt totum factum est vt adimpleret scriptura ꝓphetarum.

¶ Contra se inuicem respectates Be. Quia omis scriptura ꝓphetica sibi ē ꝓsentanea·sicut vno spiritu ꝓdita. Quattuoꝝ aūt fuere per bases singulas humeruli iuxta·l·numerū rotarum·nō qr quattuoꝝ sunt tantū libri ꝓphetici:sed omnia quę locuti sūt ꝓphetę· q̄tuoꝝ euāgelię testimonium ꝓbuere·vt ex consensu vtriusq; testamenti vna fides ꝛ dilectio xpi nra oīm corda firmaret.

¶ Vnum cubitū et di. B. Propter ꝓfectōem·l·operis et meritū cōtemplatōis Integer enī cubitus in lutere perfectōem actōis tonę quā habebat ille de quo dictum est·nunqd cōsiderasti seruū meum iob:q̄ non sit similis ei in tra. Est vero alter cubitus diuine visionis:q̄ ex aliqua pte in hac vita fidelibus datur. Vñ idez iob de victo aduersario ait: Auditu auris audiui te·nunc aūt oculus meus videt te. Ideo post cubitū tonę opatōnis q̄ in hac vita pōt ꝓfici in sanctis·cubitus incipit supernę contēplatōnis q̄ in futura vita ꝓficienda ē in electis. Mēsura vero vnius ꝛ dimidij cubiti nō luterib⁹ tantū:sed ꝛ rotis earū inerat ꝛ basibꝫ. Vnde sequit· Vna rota habebat alti·cubi·vnū ꝛ·l·ꝛ paulo post. In sūmitate basis erat q̄dam rotunditas vn⁹ ꝛ dimidij cubiti ꝛc. Luterum quippe mensura erat vni⁹ cubiti ꝛ dim·dij·quia ea fide in fonte vitę lauamur·vt per opera iusticię ad vitam ingredi mereamur·q̄uis sine peccato dum hic viuimus esse nequimus. Ipsam vero celestis vitę dulcedinem gustare ex parte ꝛ diligere in hac vita·perfecte autem videre nulla ratione valemus. Rote quoq; vno cubito ꝛ dimidio mensurantur:quia scriptura euāgelij qualiter qui perfecti esse velint viuere ostendit·ꝛ spem ęternę retributionis· ipsam vero retributionis qualitatem in futuro pandendam ꝛ donandaꝝ esse promittit·bases vero vnum habebant cubitum ꝛ semissem amplitudinis in summitate sui vbi luteres recuperent:quia doctores ꝛ ministri lauacri·opere quippe perfecti in hac vita fulserunt:sed lucem contemplationis ex parte fructi sunt. Vnde ex parte enim cognoscimus·ꝛ ex parte prophetamus ꝛc.

¶ Media intercolumnia quadrata non ro. ꝛc. Dicit tabulam superiorem·quę sicut alię quadrata erat similiterq; sculpta·ꝛ in summitate sui habebat rotunditatem vnius ꝛ dimidij cubiti:in qua luter ponebatur.

celaturę erant:ꝛ media intercolūnia quadrata non rotūda. Quattuoꝝ quoq; rotę quę ꝑ quattuoꝝ angulos basis erāt · cohęrebant sibi subter basim. Una rota habebat altitudinis cubitum vnum et semis. Tales aūt rotę erant quales solent i curru fieri· ꝛ axes earum ꝛ radij ꝛ canti ꝛ modioli oia fusilia. Nam ꝛ humeruli illi quattuoꝝ ꝑ singlos anglos basis vni⁹ ex ipa basi fusiles ꝛ cōiuncti erāt. In summitate aūt basis erat quędam rotunditas vnius ꝛ dimidij cubiti·ita fabrefacta vt luter desuper posset imponi·habens celaturas suas ꝛ sculpturas variaſ ex semetipsa. Sculpsit quoq; i tabulatis illis quę erant ex ęre·ꝛ i angulis cherubin ꝛ leones ꝛ palmas

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

¶ In hunc modum. Be. Quare decem bases sint facte ⁊ totidē luteres suppositi supra dictus est. Quod vero vna erat mensura sculptura qꝫ consimilis omnū basium vel luterū: nō ea significatōne factum est qꝫ equalia possint esse omnū merita doctorū: sed quia eis ē vna fides euangelij qua instruunt: vnum sacramentū baptismi quo abluūtur: vnus idē qꝫ spūs quo omnes consecrant: cuius habeant diuersas donatiōes in ipo spiritu qui diuidit singulis prout vult.

¶ Quadraginta batos ca. lu. ii. ⁊c. B. Quadraginta magnā pfectiōem significat. qꝫ quater deni faciant quadraginta. decem aūt sūt ꝓcepta quib⁹ nostra omis operatio ꝓfecta est in lege dei. Quattuor vero euangelioꝝ libri i quibus p dispensatiōem diuīe incarnatōnis celestis patrie nobis patefactus est itroitus. ⁊ qꝫ omnes qui ad mysteriū baptismi ptinent cum fide ⁊ sacramentis euangelij fructuꝫ debēt recte operationis ostēdere. singuli luteres in quibus bolocausta lauabantur quadraginta batos capiebant.

¶ Eratqꝫ quattuor cubitoru. B. Qđ supra dictum ē pariterqꝫ hēbat vnū cubitū ⁊ dimidiuꝫ. ⁊ vtrum ibi amplitudinem an altitudinem significaret ñ adiecit videtur eā qꝫ fundū ipius luteris huius esset amplitudis. voluerit intelligi qꝫ ex mensura basis i qua positus erat quisqꝫ luter facillime conjicit. quod ita describit: In summitate autē erat basis quedam rotunditas vnius ⁊ dimidij cubiti. ita fabrefacta vt luter super posset imponi. latitudo ergo fundi in luteribus vnius erat cubiti ⁊ dimidij. Ipsa vero capacitas luterum quattuor habebāt cubitos: sed vtrum in altitudine an in amplitudine an in vtroqꝫ dicat qui nouerit.

¶ Be. Propter quattuor euangelia in quib⁹ forma baptismi. Vel car dinales virtutes qbus baptizati debent instrui. Vel ꝓpter qtuor mūdi plagas quibus baptisma ministratur.

¶ Et constituit decem bases ⁊c. B. Sed dexterā partē templi ⁊ sinistram non intus in ipo templo. sed ante templū dicit ad orientalē plagam scꝫ in atrio interiori. qđ sacerdotū ꝓprie vocabatur. Quinqꝫ aūt posuit ad dexterā partem templi. ꝓpter iudeos. qui sole iustitie per doctrinam legis antiquitus vrebant. Et quinqꝫ ad sinistram. ꝓpter nos qui ecce diutius corde adhgrebamus ei. qui ait: Ponam sedē meā ad aquilonē. quasi dicat. in illis cordibus requiescere desidero. quę a luce veritatis ⁊ flama diuine charitatis aliena esse considero.

¶ Mare aūt posuit ad dexterā partē ⁊c. B. Et i hoc eodē atrio positum est ad orientem. Qꝫ aūt ait ad dexteram partē templi hoc est qđ repetit dicens ad meridiem. Ingredientibus enī atrium ab oriente primo diuertendū erat ad meridiem. vbi mare in ipso angulo stabat ad lauādū sacerdotibus paratū. Deinde ꝓgredientibus intro occurrebant luteres ad lauandas bostias ab vtroqꝫ parte positi. Intra hos basis erat enea quinqꝫ cubitoꝝ latitudinis. ⁊ trium cubitoꝝ altitudinis. In qua stans salomon dedicabat templū. Deinde vltra ꝓgredientibus occurrebat altare holocausti cōtra meridiem attij. Deinde porticus templi. vel vestibulum in quo erant columne ereę circa hostium templi. Qꝫ ergo mare posuit ad dexteram ptem templi. significat nos p lauacrum baptismi ad celeste regnum (qđ per dexterā figurabat) debere peruenire. Qui enī crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Vbi enī dextera simul ⁊ sinistra in bono accipiuntur. vel indeam ⁊ gentilitatem sicut in basibus dictum est. vel ꝓsentem ecclesię vitam ⁊ futuram. vel leta seculi et tristia. vel alia quid huiusmodi designat. Vbi vero absolute in bono ponitur dextera. eterna sed ꝓpter gaudia demonstrat. Qđ vero contra orientem posuit mare ad eandem ꝓpe significatōnem respicat. qꝫ per lauacrū baptismi aperit⁹ nob⁹ splendor interne claritatis. Qꝫ ad meridianū latus attij signi ficat fideles per acceptionē spiritꝰ ad flagrantiam vere charitatis accēdi. Feruor enī meridiani solis i scripturis. significat ardorem dilectōis. ⁊ illustratōem spiritus sancti qꝫ eades dilectio diffundit in cordibus nostris.

quasi i similitudinē hominis stantis. vt non celata sꝫ apposita ꝓ circūitum viderentur. Jn hunc modum fecit decē bases fusura vna ⁊ mensura sculpturaqꝫ consimili.

† ſ in luteribus bolocausta in mari se lauabāt sacerdotes. ſ palipo-conchas.

Fecit quoqꝫ decꝫ †luteres ęneos Quadraginta batos capiebat luter vnus. eratqꝫ quattuor cubitorum. Singulos quoqꝫ luteres ꝓ singulas. id ē decꝫ bases posuit. ⁊ cōstituit decem bases quinqꝫ ad dexteram partē templi: ⁊ quinqꝫ ad sinistram. Mare autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem. Fecit

† ſ ollas eneas ad suscipiendos cineres altaris ſ vasa crea equalis in fundo. ⁊ amplitudinis ad calefaciendum.

quoqꝫ hyram †lebetes ⁊ scutras ſ vasa ad offerenda vina. ⁊ amulas. Et perfecit omne opus regis salomonis in templo domini. Columnas duas ⁊ funiculos capitellorum super capitella illa columnarū duos: ⁊ retiacula duo vt operirent duos funiculos qui erant super capita columnarum. ⁊ malogranata q̄draginta in duobus retiaculis. Duos versus malogranatorū i retiaculis singulis ad operiendos funiculos capitellorum qui erant super capita columnarū: ⁊ bases decē: et luteres decem sup bases. ⁊ mare vnum. ⁊ boues duodecim subter mare. ⁊ lebetes et scutras et amulas. omia vasa quę fecit hyram regi salomoni i domo dñi de auricalcho erāt: In cāpestri regiōe iordanis fudit ea rex in argillosa terra iter sochot et sarthan. Et posuit salomon oia vasa in domo domini. Propter multitudinē aūt niniam iam non

¶ Jordanis. Be. Jn quo dominꝰ baptizatus ē. cuiusqꝫ tinctus vndis. aquarū nobis elementum in ablutōem peccatorū conuertit. ⁊ qꝫ omne fidelium baptisma q̄ domino cōsecrantur in exemplum illius celebratur. quo ipe sanctificauit aquas ꝓ recte in regione iordanis vasa domus domini sunt facta. Non enim aliter vasa electionis ⁊ misericordię efficimur: nisi ad baptismum eius respiciētes i tali flumine satagamus ablui. Notandum autem quia non tantum in regione iordanis: sed ⁊ in campestri regione illius facta dicit eadem vasa: significans multiplicatiōem fidelium quę non solum in iudea. sed ⁊ in omnium regionum erat latitudine futura. sed hoc illud: Gaudebunt campi ⁊ omnia quę in eis sunt. Et alibi. Ecce audiuimus ea in effrata. inuenimus e. i. c. s. Audiuimus ea i effrata. id ē in bethleem sacramenta dominica: quia promissum legimus dauid qui erat ex eadem ciuitate: de fructu ventris eius christum in carne venturū. Inuenimus ea in campis silue. quia reuelata in latitudine gentium per ortum ipsi cognouimus vidimus. ꝓcipes facti sumus. Fudit ergo rex vasa domus domini in campestri regione iordanis. quia christus baptisma salutis de quo vasa misericordię faceret: per totam mundi latitudinem implebit.

¶ Argillosa terra. Be. De qua facte sunt formę ad fundenda vasa scriptura de qua regulam bene vinēdi sumimus. quasi enī argilla ignis durata format vasa. cū nobis scriptura regulā iustitie quam sequamur ostendit. sanctorūqꝫ exempla qui igne passionis inuincibiles extiterunt: in omnibus sequenda ꝓmonstrat: sed vasa in domo domini preciosa esse conspicimus: esqꝫ igne liquefactum argille formas ingredit. vt possit aptius vas ministerijs celestibus effici: cum salubriter humiliati. ⁊ flama diuine charitatis. vel humanę aduersitatis emollit: viam patrum bene operando intramus. vt ad ꝓmia coꝝ bene currendo perueniamus.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

¶ Fecitq; salomon. Be. Superius dixit hyram fecisse salomoni omnia vasa·nunc scriptura subiungit eadē fecisse salomonē. Salomon enim fecit victando·hyram opando.

¶ Altare aureum. Be. Corda'pfectorum interne charitatis ⁊ castitatis luce choruſca·stabat ante hostium sanctisanctorum: vt in factura tabernaculi legitur·qa sancti neglectis temporalium cupiditatibꝫ tota intētione celestia querunt. In vicino oraculi sunt·non longe a ꝝlo quo templum et sancta sanctorum diuiduntur: qz corpore terram incolunt·mente conuersationē in celis habent. Ab hoc altari ascendit fumus incensorum intra sanctasanctorum vbi arca est recondita·cum orationes sanctorum flamma charitatis ereatq; ad celum pueniunt: vbi christꝰ ē in dextera dei. Sꝫ in hoc altari non sanguis hostiarum sed thimiama tantū incenditur: quia tales viri non habēt opa carnis quę in ara cordis dño mactent·sed solummō lacrimarū ⁊ orationis ei vota pro desiderio regni celestis offerunt.

erat pondus eris. Fecitq; salomon omnia vasa in domo domini·altare aureū. ⁊ mensam super quā ponerentur panes ꝓpositionis aurea·m. ⁊ candelabra aurea quinq; ad dexteram ⁊ quinq; ad sinistrā· contra oraculum ex auro puro et quasi lilij flores·⁊ lucernas desuper aureas ⁊ forcipes aureos·et

§ candelabroꝝ

¶ Be. Altare thimiamatis moyses fecit·habens cubitū longitudinis·altrum latitudinis·⁊ duos in alti. Ꝫ magnum autē fuerit qđ salomon fecit scriptura non dicit. Constat aūt quia tantū nō fuit quantū illud holocausti·quia si viginti cubitorum in longitudine ⁊ latitudine factum esset totaz templi latitudinem impleret. At tñ angustius fuit q̄ mosaicaz sicut cuncta alia quę salomon fecit. Quanto igitur exterius erat altare holocausti q̄ incensi·quantumq; genere oblationis ac vilitate metalli ignobilius: tantum quantitate mensurę ⁊ hostiarum frequentia ꝓstabat. Quia nimirū plures audire delectat·si vis ad vitam ingredi serua mandata·q̄ si vis perfectus esse vade vende omnia quę habes ⁊ da pauperibꝫ. Altare holocausti illoꝝ tipum tenet·qui corpus ⁊ animam p ignem amoris dño ꝓferant. Perseuerantia bonum in bona operatione per longitudinem altaris·amplitudoin charitate dei ⁊ primi p latitudinem·spes in expectatione diuinę visionis p altitudinez figurat. Quinq; libri moysi·quattuor sunt euāgelię libertatis ⁊ cum ad intelligentiā atq; custodiam legis spiritualem illustrante euāgelij gratia pueniemus·quaterquinos ꝓficimus: qui numerus fit in longi·⁊ lat. cum electi decente vtroq; testamento·⁊ pseuerantiam boni operis ⁊ hilaritatem seruant dilectionis. Idem altare decem cubitis erat altum': electorū vitam perpetuam denario significās. Vnde qui in vinea magni pfssfamilias laborant: denario remunerant'.

¶ Mensam. Be. Scriptura spūali intelligentia clara. De qua: Posuisti in conspectu meo mensam. Panes ꝓpositionis sancti doctores·quoꝝ opera nobis vel verba ad exemplum ꝓposita in diuinis paginis qui bene quęrit inuenit. Vnde idem panes in exodo·xij·fieri ꝓcepti sunt ꝓpter apostolos.xij.per quos scriptura noui testamenti est condita·⁊ ve. eris reuelata mysteria. Quoꝝ numero omnes doctores signantur: quia ipsam doctrinę formam quam a domino apostoli acceperunt sequunt'. In verbis dicrum legimus q̄ fecit salomon mensas decem in templo·quinq; a sinistris quinq; a dextris·quas ad vasa dñi portanda factas esse scimus ē. s. fialas·quas pariter factas scriptura refert·⁊ thimiama materia in quibus thimiama odole batur ꝛc. Nō paulo post in eodem volumine subinfertur·fecit salomon mensas·⁊ sup eas panes ꝓpositionis·vel plurale pro singulari posuit more scripturę: vel certę panes nouiter cocti illis mensis iponebantur·vbi nocte illa seruarentur operti·donec primo mane ablatis veteribus super mensam ꝓpositionis ponerentur calidi. Mensę decem a figura vnius nō discrepāt. Nam sicut vna mensa duodecim panibus onusta·vnanimē scripturę quę pasamur concordiam autoritate apostolica munitam deliguat: ita decem mensę legis ⁊ ꝓbetarum eloquia denunciant·quę nobis fidelium exempla quasi ꝓpositorum in se vasoꝝ domini claritatē ⁊ miracula ꝓponunt. Mensę sunt bis quinę. Quinę·qz lex tam quinq; libros q̄ quinq; ętates seculi ꝓplecitur·bis:qz post incarnationē dñi vtriq; populo·iudęo. s. ⁊ gentili cōmittit·⁊ quia plena figuris ostendit·quę quondam iuxta literam intelligēda putabatur.

¶ Be. Sicut mensę in typo scripturę ponuntur: quia panem verbi ministrant·⁊ vasa ferunt ministerij. i. iustorum nobis actus in exemplum ꝓponunt: ita per candelabra eadem figuratur: quia lucem sapientię errantibus ꝓfert. Vnde salomon. Mandatū lucerna ē·⁊ lex lux. Q̄ candelabra quinq; a dextris quinq; a sinistris·idem est quod supra de mensis. Oraculum vbi erat arca aditus patrię celestis·vbi christus in dextra dei sedens paternoꝝ vtriq; consciis arcanoꝝ. Candelabra cōtra oraculum· quia eloquia dei ad habitationē supne ciuitatis aspectant: vt ad eam promerendaz nos accendant. Lucernę sunt viri sancti qui oleo spiritussancti infusi·⁊ ipsi igne dilectionis ardent in corde ⁊ primis lucem scientię ꝓferunt in lingua.

doctores pleni vitalibus aquis

hydrias et fuscinulas et phialas

Candelabra quę lucernas in sublime tollunt: sacra scriptura est·quę sanctorum virtutes ⁊ doctrinam sua lectione demonstrat. Vnde de iohanne dr. Ille erat lucerna ardens ⁊ lucens. Aut ita lucernę diuina sunt eloquia. Vnde. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Candelabra lucernarum sancti sunt·qui corda ⁊ corpora ferendis domini mādatis supponūt. Nullusquis enī in nullo ꝓpriam sequi curat voluntatem: verum q̄ scriptura dicat attendit: cuiusq; se subijcere mandatis satagit ⁊ auscultare promissis; quasi candelabrum aureū aureas gestat lucernas·⁊ hoc tam fixa intentione: q̄ firmiter candelabrum ad superna erectum impositas sibi lucernas absq; motione seruat. Flores lilij amenitatem semp virētis terrę vicentium designant. Bene hi flores in candelabro sunt: quia scriptura spretis terrenis ad appetēda celestia prouocare ꝓuenit: ⁊ quo erectū cādelabrū lucernas habet in capite ⁊ lilij flores: ita electi q̄ in scriptura ꝓtinent' erecto ad supna sensu bona celestia a dño quęrūt ⁊ percipiūt.

¶ Quasi lilii flores. Be. Hoc videtur dicere quia suprema pars cādelabrorum in modum rēpādi lilij erat deformata. Lucernas desuper aureas per qđ cōtinetur id quod ꝓtinet. i. vascula aurea in quibus oleum lucebat designatur.

¶ Forcipes. Be. Id est. emunctoria quibus emūgebantur lichini vt repati melius lucerent.

¶ Hydrias. Hydrię ꝓcordia sanctoꝝ signāt· aqua sapiētię ⁊ vino cōpunctionis repleta.

¶ Fuscinulas. Fuscinule quibꝫ carnes ꝓparantur ꝓdicatores·q̄ suis auditoribꝫ cibū intelligentię administrāt·quoꝝ officiū ē corpus ⁊ sanguinē credentibꝫ distribuere·infidelibus abnegare.

¶ Domus interioris. Be. Hostia domus iterioris angelica sunt ministeria·quę nobis de corpore egressis introitum vitę celestis referant. Hostia domus templi doctores sunt ⁊ sacerdotes: qui instruēdo·baptizando· dominici coꝛporis ⁊ sanguinis mysteria ꝓmunicādo·prima nobis ecclesię ꝓsentis limina pandūt. Cardines vtrorūq; hostiorum sensus ⁊ corda sunt angeloꝝ ⁊ sanctoꝝ· quibꝫ immobiliter cōtemplationi ⁊ dilectioni ꝓditoris adhęrēt. vt eo ministeriū sibi delegatū recte compleāt: quo a voluntate dñi nunq; oculos auertūt. Aperiunt enim ⁊ claudunt hostia·sed cardines non deserunt: quia angeli ⁊ sancti siue in hac vita fidei·seu in illa specie fideles ⁊ electos suscipiāt: sp animū in radice ęterne dilectionis fixum tenēt. Vnde bene ex auro cardines facti sunt: ꝓpter fidem vel meritū ꝓpię claritatis·vel quā habent in deū charitatis.

¶ Perfecit omne opus. ꝛc. Be. Dum status ęcnli geritur·facit quidem opus domus domini: sed nōdum pficit·qz corda electoꝝ dñs vt bona operētur inspirat ⁊ adiuuat·nullum tamen in hac vita ꝓmorantem absq; peccato esse tribuit. Nunq; hoc futurę beatitudini reseruat. Perficit vero omne opus templi salomonis·⁊ dedicationi aptū reddit: cum noster pacificus in die nouissima electos resurrectionis ⁊ immortalitate glorificat·⁊ eternū ꝓducit ad regnum·vnde templum septez annis ędificatum·octauo autem pfectum ac dedicatum est. Cui tpi conuenit qđ sequitur·⁊ intulit q̄ sancti ficauerat ꝛc. Sanctificauerat dauid pater salomonis argentum cum deꝰ pater eloquentes gratia sui spiritus ad loquendum verbum dei confortat

Sanctificat aurū cū naturali ingenio pcē/ditos ad intelligendā legem illuminat. Sanctificat etiā vasa cum omnibus ecclesię filijs spiritussancti gratiam largitur. Hęc sanctificata salomon infert in templū: cum dūs per acto iudicio doctorū z cęterorū fidelium cętum in gaudium ęclestis regni introducit. Repoluitq; in thesauris do-o-q; deus suos abscondit in abdito vultus sui a conturbatione hominū. Multi sunt thesauri ī vna domo domini: qi in vna ecclesia sancti meritis distant. Et una est patria ęlestis: cūis ī ea stella a stella differat ī claritate. Quod vtiq; distributor premiorum demonstranit-cū ait: In domo patris mei mansiones multę sunt.

C. VIII.

¶ In sanctum sanctorum. Bed. Domus templi exterior pegrinantem ecclesiam sanctasanctorū supnę patrie celestis fęlicitatem designant. Illata in sanctasanctorū arca assumptam xpi humanitatē intra vēlū regię celestis inductam.

¶ Subter alas. ꝛc. Bē. Moyses fecit duos cherubin aureos quos posuit in propiciatorio quod erat super arcam. Salomon addidit duos maiores-sub quorū alis arcam nunc dicitur posuisse cum ꝓpiciatorio z duobꝰ cherubin prioribus.

¶ Cunq; eminerent ꝛc. Bed. Hoc manifestius in paralī. Vectes inquit quibus portabant arcaꝫ-quia paululum longiores erant: capita patebāt ante oraculum. Si vero quis paululū fuisset extrinsecꝰ eos videre nō poterat. Vbi notandū qꝺ z si vectiū capita diligētius intuentibꝰ patebāt ante oraculū: non tū fieri poterat: vt ipsa capita ante oraculum eminerent-quia necesse erat-vt clausio oraculo z appensio ante hostia velo ipsi quoq; vectes cum arca adducerentur iuterius-qđ fieri non poterat si prominētes vltra hostiū vectes, producendis ad claudendū hostiū locum non darent.

¶ Qui ꝛ fuerunt ibi. In paralip. dicitur fuit itaq; arca ibi vsq; ad ꝓsentez diē-qđ ab hystoriographo additū est-significante vsq; ad tēpora statis sue eam ibi gmansisse: qđ non re ezdra potest inteligi-qꝺ iam erat

z tulit quę sanctificaverat dauid pater suus-argentum z aurū z vasa: reposuitq; in thesauris domus domini.

C. VIII.

Tunc congregati sunt omnes maiores natu israel cum pricipibus tribuum z duces familiarū filiorum israel ad regem salomonē in hierusalem-vt deferrent arcam fęderis domini de ciuitate dauid-id ē-de syon. Conuenitq; ad regem salomonem vniuersus israel in mense ethanim in solēni die: ipse ē mensis septimus. Veneruntq; cuncti senes de israel-z tulerunt sacerdotes-arcam z portauerūt arcam domum z tabernaculū fęderis-z oia vasa sanctuarij quę erant in tabernaculo: z ferebant ea sacerdotes z leuitę. Rex autē salomō z omnis multitudo israel quę conuenerat ad eum gradiebatur cum illo ante arcam: z imolabant oues z boues absq; estimatiōe z numero. Et itulerūt sacerdotes arcam fęderis domini in locum suum in oraculum templi in sanctumsanctorum subter alas cherubin. Siquidem cherubin expandebat alas sup locum arcę: z protegebāt arcam z vectes eius desuper. Cunq; eminerent

§ .a. septembri

§ vectes quibus arca portabāt-ꝓpiciatorem q quoꝺ vectes-z apparerent summitates christus mūdo innouit typice nunciat

corū foris sanctuariū ante oraculum-non apparebant vltra extrinsecus. Qui z fuerunt ibi vsq; in ꝓ sentem diem. In arca aūt non erat aliud nisi duę tabulę lapideę-qs posuerat in ea moyses in oreb: qñ pepigit dominus fędus cum filijs israel cum egrederentur de terra ęgypti. Factum ē autez cū exissent sacerdotes de sanctuario-nebulam implevit domum domini: z nō poterant sacerdotes stare z ministrare ꝓpter nebulā. Impleverat enim gloria dñi domum domini. Tunc ait salomon: Dūs dixit vt inhabitaret in nebula. Edificans ędificavi domum in habitaculum tuum: firmissimuz solium tuū in sempiternum. Conuertitq; faciem suam: z benedixit omni ecclesię israel. Omnis enim ecclesia israel stabat. Et ait salomon: Benedictus dūs deus israel qui locutus est ore suo ad dauid patrē meum-z in manibus eius perfecit dicēs. A die qua eduxi populum meū israel de ęgypto non elegi ciuitatē de vniuersis tribubus isrl'vt ędificaret domus z esset nomen meum ibi: sed elegi dauid vt esset super populum meū israel. Voluitq; dauid pater meus ędificare domum nomini dñi dei

§ .a. septembri

§ .a. ptanit

§ ꝓ. pphetas

§ cuidenti

§ .a. pe sanctissanctorū vbi intulerant arcam z tabernaculū qđ fecerat moyses

incensum templum: ſz de nathan vel aliqto ꝓphetarum a quibꝰ oīa gesta suoꝝ temporū scripta esse creduntꝫ.

¶ In arca autem non erat aliud. Ra. Erat in arca vrna aurea habens manna: qꝺ in homine xpo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Erat virga aaron q̄ ercisa denuo fronerat-qꝺ potestas iudicandi penes eum est cuius iudicium in humilitate passionis vidēbatur esse sublatum. Erant etiam tabule, qꝺ in illo sunt thesauri sapiētię z sciētię absconditi. Adhęrebant enim vectes quibus portabatur: qꝺ doctores qui laborant verbo nunc ꝓsenti visione gaudent glorię christi. Dñi paulus. Cupio dissolui et esse cum christo. Ipsa rebant summitates vectiū foris ante oraculū nō semp-sed cū hostia oraculi aperiri contingeret: neq; omnibus sed his solus qui ꝓpe accedentes attentius interiora fatagebant ī tueri. Vectes sunt cōditi in oraculo-quia electi qui ꝓcesserunt nunc sunt in abscondito vultus dei. Quoꝝ tū summitates vectiū apto oraculo his qui appropiant visuntur cuz perfectionibus omnis sordis purificatis dei gratia aliquid extremum de supnorum gaudio contemplandum donauerit-quia his qui paulo longius recesserunt .i. mente et cęterius vagantibus-ꝙ templatio minime concedit. Ipsa arca cūis z quomō esset posita solis eis qui oraculum intrassent videre licebat: qꝺ soli supernę patrię ciues gloriam ibi redemptoris plene contemplantur.

¶ Nebula impleuit domum domini. Ra. Id est. synagogam ī pleuit-qꝺ eorum mentes infidelitatis caligo repleuit-z sacerdotes propter nebulam ministrare non poterant: quia dum mysticos sensus litterę velamine coopertos z nativitatis christi sacramenta inuestigare despiciunt: debitum fidei suę ministerium per nebulam erroris prdiderunt-ita vt exigentibus meritis non agnoscant celestū credulitatis-quibus in nebula doctrinę suę dominus de se etiam aperta narravit. Sed quia auditorum mentes ab fidelitatis caligo impleverat-quasi emissum solis radiū nebula interiacens abscondebat.

israel·z ait dominus ad dauid pa-
trem meum: q̄ cogitasti in corde
tuo ędificare domuz nomini meo
bene fecisti·hoc ipsum mente tra-
ctans: Verūtamen non ędificabis
michi domum: sed filius tuus qui
egredietur de renib⁹ tuis·ipe ędi-
ficabit domum nomini meo. Con
firmauit dñs sermonē suum quez
locutus est·stetitq̄ p̄o dauid pa-
tre meo: z sedi super thronū israel
sicut locutus est dñs·z ędificaui
domū nomini dñi dei israel: z con
§ .x. tabule testamenti
stitui ibi locum arce in qua fędus
domini est·qđ percussit cum patri
bus nostris quādo egressi sunt de
terra ęgypti. Stetit autē salomon
§ flexis genibus.
ante altare dñi in conspectu eccle-
sie israel·z expadit manus suas in
ęlū z ait: Domine deus israel nō
est similis tui deus in ęlo desup·z
sup terram deorsum· qui custodis
pactum z misericordiā seruis tuis
qui ambulant corā te in toto cor
de suo q̄ custodisti dauid p̄ri meo
seruo tuo q̄ locutus es ei. Ore lo-
cutus es·z manib⁹ pfecisti: vt hęc
dies p̄obat. Nunc igit dñe deus
israel conserua famulo tuo dauid
patri meo q̄ locutus es ei dicens:
Non auferetur de te vir corā me
qui sedeat super thronū israel: ita
tamen si custodierint filij tui viam
suam vt ambulent corā me·sicut
tu ambulasti in conspectu meo. Et
nunc dñe deus israel firmet verba tua quę locutus es seruo tuo
† §nō ppter hoc q̄ indigeas: qz nō indiges.
dauid patri meo. Ergo ne putan-
dum est q̄ vere deus habitet sup
terram: Si cē ęlum z ęli ęlorū
te capere non possunt: quanto ma
gis domus hęc quā ędificaui tibi.
Sed respice ad orationem serui tui
z ad p̄ces ei⁹ domine deus meus:
Audi hymnū z orationem quā ser-
uus tuus orat corā te hodie·vt
sint oculi tui aperti super domum
hanc nocte ac die· sup domum de
qua dixisti: erit nomen meū ibi·vt
exaudias orationem quā seruus
tuus orat ad te in loco isto·vt exau
dias deprecatōez serui tui z popu
li tui israel q̄cūq̄ orauerit i loco
isto·z exaudies in loco habitaculi
tui in ęlo·z cum exaudieris ppi-
tius eris. Si peccauerit homo in
proximum suum z habuerit aliq̄
iuramentū quo teneatur astrictus:
z venerit ppter iuramentum tuum
corā altari tuo in domum tuam
tu exaudies in ęlo· et facies et iu-
dicabis seruos tuos condemnās
impium·et reddens viā suā super
caput eius: iustificans iustum· et
retribuens ei secundū iusticiā suā.
Si fugerit populus tu⁹ israel ini-
micos suos·qz peccaturus est tibi:
z agentes pęnitentiā· z confitētes
nomini tuo venerint z adorauerit
z deprecati te fuerint in domo hac
exaudi in ęlo·z dimitte peccatum
populi tui israel: et reduces eos in
terram quam dedisti patribus eo
rum. Si clausum fuerit ęlum·et
non pluerit ppter peccata eorum
z orantes in loco isto pęnitentiam
egerint nomī tuo·et a peccatis suis
cūuersi fuerint: ppter afflictionem
suam exaudi eos in ęlo: z dimitte
peccata seruorū tuorum et populi

tui israel·z ostende eis viam bonā per quam ambulent :z da pluuiaʒ super terram quā dedisti populo tuo in possessionē. Fames si obor ta fuerit in terra· aut pestilentia fu erit aut corruptus aer ·aut erugo aut locusta·aut rubigo et afflixerit eū inimicus eius portas obsidens omīs plaga· vniuersa infirmitas· cuncta deuotatio et imprecatio q̄ ſ vel acciderit. accesserit omni homini de populo tuo israel: Si quis cognouerit pla gam cordis sui· et expanderit ma nus suas in domo hac·tu exaudi es in cęlo in loco habitatōnis tuę: z repropiciaberis z facies vnicui q̄ secundū oēs vias suas sicut vi deris cor eius: quia tu nosti solus cor omniū filiorū hominum: vt ti meant te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terrę quā de disti patribus nostris. Insuper z alienigena qui non est de populo tuo israel cum venerit de terra lon ginqua ꝓpter nomen tuū· audie. em nomē tuū magnum· z manus tua fortis z brachiū tuum extentū vbiq̄· cuʒ venerit ergo z orauerit in loco hoc· tu exaudies in cęlo in firmamēto habitaculi tui :z facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena· vt discant vniuersi po puli terrarum nomē tuū timere· si cut populus tuus israel: z probēt quia nomē tuū inuocatum est sup domum hanc quā ędificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum cōtra inimicos suos p viā quocunq̄ miseris eos· orabunt te contra viam ciuitatis quā elegisti z contra domum quā ędificaui no mini tuo:z exaudies in cęlo orati ones eorum z preces eor :z faciet iudicium eorum· q̄ si peccauerint tibi·non est eni homo qui non pec cet· z iratus tradideris eos inimi cis suis·z captiui ducti fuerint in terram inimicorum ꝓpe vel longe z egerint pnitentiā in corde suo i loco captiuitatis·z conuersi depre cati te fuerint i captiuitate sua dicē tes:peccauimus·inique egimus· impie gessim9·z reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo z tota ani ma sua in terra inimicorum suorū ad quā captiui ducti fuerint·z ado rauerint te contra viam terrę suę quā dedisti patribus eor z ciuita tis quā elegisti·z templi q̄ ędifi caui nomini tuo: exaudies in cęlo in firmamento solij tui orationes eorum z preces eor· z facies iudi cium eor·z propiciaberis pop̄ulo tuo qui peccauerit tibi· z omnibus iniquitatibus corū quib⁹ prę uaricati sunt in te·z dabis miseric or diam coram eis qui eos captiuos habuerint: vt misereant eis. Po pulus eni tuus est z hereditas tua quos ęduxisti de terra ęgypti de medio fornacis ferreę· vt sint oculi tui aperti ad deprecationē serui tui z populi tui israel·z exaudies eos in vniuersis pro quibus inuoca uerint te Tu eni sepasti eos tibi in hereditatem de vniuersis populis terrę·sicut locutus es per moysen seruum tuū quādo eduxisti patres nostros de terra ęgypti dñe deus. Factum est autem cum complesset

¶ Stetit ergo et be·ꝛc. Jn pali· refer/tur qđ hic non dicitur Fecerat salomō baseꝫ gneam ꝛ posuit in me/dio basilicę sup quam stans benedixit omni ecclesię israel.

¶ Et dedicaue/rūt·t·c·d·Rab· Tem/plum dñi sancta eccla est. Juxta illud. Tem/plum dei sanctū est qđ estis vos·hanc dedica uit rex xpus· cum eam sanguine suo munda/uit· spiritussancti gra sanctificanit· diuersis virtutibus multipli/cauit·hanc vedicant ꝛ filij israel· cum fideles scđm donū sibi colla/tum verbo ꝓdicatōis ꝛ virtutū operib⁹ ꝓor imis ꝓsunt.

¶ Jn die illa san ctificauit rex in· Rab. Quid est qꝫ sa/lomon ędificauit me/dium atrij offerens ibi quia altare gneum qđ erat ante fores templi nō poterat totū cape/re: nisi qꝫ xps ꝙ in lege ꝓpter infirmitatē eius ꝓfici non poterāt·nunc in eccla pleniter gerit. Jpe ē ei atriū domus dñi·qꝫ per ipm ingres/sus patꝫ in bterm cęle stem·qꝫ ergo bolocau sta ꝛ sacrificia in alta/ri typico nō poterant offerri·eo qꝫ oia ibi fi/guraliter fiebāt. Rex nr erexit altare fidei in eccla in quo bolocau sta et sacrificia quoti/die spiritualiter xo of ferūt·hinc ē etiā qꝫ do minus ait: bolocausta et sanguinem victima rum nolui.

¶ Altare gneum Qđ fecit moyses posi tum erat ante templū cōtra ianuas eius·ꝛ qꝫ illud angustum erat et capere non poterat: me dū atrij iub dio san ctificauit· vbi posuit il lud altare maximū qđ fecerat·xx·cubitoꝝ.

¶ Festiuitatē ce· Ra. Jn verbis diex/ita te eadē re scriptuꝫ est·fecit ergo salomon festiuitatem in tpe illo septē diebꝫ ꝛ ois israel cū eo. Ecclesia magna valde ab introitu emath vsqꝫ ad torrentē. Fecitqꝫ die octauo collectaꝫ eo qꝫ vedicallet altare septē diebꝫ ꝛ solemnitatē celebrasset diebꝫ septē· Jgit salomon ozans omnē ozationeꝫ ꝛ deprecatōem hanc: surrexit de con spectu altaris dñi. Utrumqꝫ enim genu in terraꝫ fixerat: ꝛ manus ex panderat ad cęlum. Stetit ergo et benedixit omni ecclesię israel voce magna dicens: Benedictus dñs deus: qui dedit requiem populo suo israel iuxta omnia quę locutus est. Non cecidit neqꝫ quidē sermo vnus ex omibus bonis quę locu/tus est per moysen seruum suum. Sit dñs de⁹ noster nobiscuꝫ sicut fuit cum patribus nostris·non de relinquens nos neqꝫ ꝓiciens·sed inclinet cozda nostra ad se: vt am/bulemus in vniuersis vijs ęius et ſ·i·legalia. custodiam⁹ mādata eius ꝛ cerimo †ſ decisiones causaꝝ·⁊ ſ quantū ad moralia. nias eius ꝛ iudicia quęcūqꝫ man dauit patribus nostris: et sint ser/mones mei isti quibus deprecatus sum cozam dño· approꝓinquātes domino deo nostro die ac nocte· vt faciat iudicium seruo suo ꝛ po/pulo suo israel per singulos dies vt sciant omnes populi terrę quia dñs ipse est deus: et non est vltra absqꝫ eo. Sit quoqꝫ coz nostrum perfectum cum dño deo nostro· vt ambulemus i decretis eius: ꝛ cu/stodiamus mandata eius sicut et hodie. Jgit rex ꝛ omnis israel cum eo immolabāt victimas cozā dño Mactauitqꝫ salomon hostias pa/cificas quas immolauit dño boum viginti duo milia·ꝛ ouium centuꝫ viginti milia. Et dedicauerūt tem plum domini rex et filij israel. Jn die illa sanctificauit rex medium atrij qđ erat ante domum domini Fecit quippe bolocaustū ibi et sa/crificium ꝛ adipem pacificorū: qm altare gneum qđ erat cozam dño minus erat: et capere non poterat bolocaustū ꝛ sacrificium ꝛ adipem pacificorū. Fecit ergo salomon in tempore illo festiuitatem celebrem ꝛ omnis israel cum eo· multitudo magna ab introitu emath vsqꝫ ad riuum ęgypti cozam dño deo no/stro septem diebus et septem die/bus·id est· quattuordeci diebus: et in die octauo dimisit populos ſagentes gratias propter opa que fecisset·ꝛ ozā ecs salomonem longeuo tempore regnare. Qui benedicentes regi ꝓfecti sūt in tabernacula sua lętantes alacri qꝫ corde super omnibus bonis qꝫ fecerat deus dauid seruo suo et is/rael populo suo.

C. IX

Factū est autē cum perfecisset salomon ędificium domus dñi ꝛ ędificium regis et omne qđ optauerat et vo/luerat facere: apparuit ei dominus secundo sicut apparuerat ei in gabaon. Dixitqꝫ dñs ad eum: Exau diui orationem tuam ꝛ deprecatō nem tuā quā deprecatus es cozā me: sanctificaui domuꝫ hanc quā ędificasti vt ponerem nomen meū ibi in sempiternū: et erūt oculi mei et coz meum ibi cunctis diebus. Tu quoqꝫ si ambulaueris coram

vicesimatercia die mē sis septimi dimisit po/pulos ad tabernacula sua. Et est sensus qꝫ ex pletis diebꝫ vij· dedi cationis· subsecuti sūt dies scenophegie· qui a quidecimo die jūsis septimi inchoabant et in die vicesimosecūdo finiebāt. Utrisqꝫ ergo festiuitatibus recte per actis ꝛ scenophegiarū octauo die finita dimi sit rex populos ad sua quod etiam iosephus attestatur

¶ Be. Mystice. So lemnitas quā fecit sa/lomō ꝛ ois israel signi ficat gaudia sanctorū q̄ cū xpo vero pacifico ꝑpetualiter bāt. Loca qđqꝫ ꝓgrūt·emath enī interꝑtat dñi veritas. Riuus siue torrēs ęgi pit significat mortem tempalē quā i ęgypto cōsistens·i·in tenebris huius mūdi null⁹ eua dere pōt·ois q̄ israel a riuo ęgypti vsqꝫ emat fstum celebrat cum sa lomone: quādo sancti post finē ꝓsentis vitę veraciter ęternis gau dijs cū dño christo per fruūtur. Septē ꝛ septē diebꝫ festa celebrantur qꝫ electi ꝙ septiformem gratiā mō in hac vita q̄ septenario discurrit gaudent in spe: ꝛ tunc i sabbato vero·i·aiaꝝ requie gaudebūt i re·i· in ipsius veritatis pce ptione. Dies octau⁹ re surrectio est sanctoꝝ se cutura p⁹ sabbatismū aiarum. Tūc in mansi onibus cęlestibus qđqꝫ scđm meritoꝝ q̄litates collocabūtur· vbi ala cri corde lętantur xp̄o laudātes super bonis quę in christo pater cō tulit christianis.

¶ Ab introitu emath· Ra· Per introitum emath septen trionales indę plagā Per riuū sine torrētē ęgypti dsignat austra lem. Jste autem riuus non est nilus· sed aliuꝰ fluuius qui iuxta riuo chomilā influit i mare Emath autem ciuitas syrię est quę nunc epi phania vocat ab anti ocho epiphane.

¶ Lętantes. Decantantes cū velatatione hymnos ita vt in ea iocun ditate sine labore ad propria remearent.

¶ Prebente ligce. ctab. ꝛc. Raba. Multum auri ⁊ argēti ligna quoq; cedrina et cypressina ad ędificium rex tyri contulit: quē salomō inanis cōpensationibus redonauit inter quas ciuitates viginti nō ꝓcul a tyro condonauit. Quę cū displicuissent mittens ad salomonē dixit se ciuitatibus nō egere: et tunc appellate sunt terra gabaon qđ lingua phœnica displicere significat. Ꝟ chabul quasi germē interpretat. Quo ergo dicte sunt chabul: nisi forte dictū sit per yroniam quia germen cū plenitudie fructuū nō afferent.

¶ Edificauit ergo salo. Raba. Urbes qs ędificasse dr: ꝟ est mello ⁊ murum bierusalem bezer maged do gazer ⁊ reliqua ec clesię decorem signant quā verus salomō ad sempiternam letiam ꝓparauit. Interpretatur aūt mello adimpletio bezer sepatus vel sanctificatus mageddo ęnaculū eius. Gazer prędatio vel dimissio bethoron dom⁹ montium baalath ascendens interpretatur Sancta ergo ecclesia ipsa ciuitas dī est vbi impletur voluntas dei hęc sepata ab errore sanctificata est in fide ⁊ bonis opibus ibi est refectio virtutum. Discernit aūt hęc mundus ab immundo et domus est montiū i habitatō sanctoꝝ ⁊ fructus iusticie sicut palma florens ascendit de virtute in virtutē vt videat dēum in syon. Vicos suos q̄ erant absq; muro muniit salomon: qz rēus ętus fideliuz gratia sua ita protegit vt hostibo spūalibus ī supabiles existant.

¶ Ra. Ciuitates qs salomon ędificauit de reliquijs ammorreoꝝ fuerūt quas ñ potuerūt filij israel delere sicut in ihesu nane legitur. has postea rex ęgypti subuertit ⁊ dedit in dotem filię sue vxori salomē sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis et in equitate: ⁊ feceris omnia quę ꝓcepi tibi et iudicia mea et legittima mea seruaueris: ponā thronuz regni tui sup israel in sempiternū. sicut locutus sum dauid patri tuo dicens: Non auferetur vir de genere tuo de solio israel. Si aūt auersione auersi fueritis vos ⁊ filij vestri nō sequētes me. nec custodientes mādata mea ⁊ cerimonias quas ꝓposui vobis: ꝛ abieceritis ⁊ colueritis deos alienos ⁊ adorazueritis eos. auferam israel de supficie terrę quā dedi eis: ⁊ templum qđ sanctificaui nomini meo ꝓoīciam a conspectu meo. eritq; israel in ꝓuerbiū et in fabulam cunctis populis: et domus hęc erit in exemplū. Omnis qui transierit per eaz stupebit ⁊ sibilabit ⁊ dicet: Quare fecit dominus sic terrę huic ⁊ domui huic Et respōdebunt: qz dereliquerunt dominū deum suum qui eduxit patres eorum de terra ęgypti. ⁊ secuti sunt deos alienos. et coluerunt eos ⁊ adorauerunt eos: idcirco induxit dominus sup eos oīe malū hoc. Expletis aūtē annis viginti. postquā ędificauerat salomon duas domos. i. domū dei. ⁊ domum regis. hyram rege tyri prębēte regi salomoni ligna cedrina ⁊ abiegna ⁊ aurum iuxta omne qđ opus habuerat: Tunc dedit salomō hyram viginti oppida ī terra galileę Et egressus est hyram de tyro vt videret oppida quę dederat ei salomon: et nō placuerūt ei. Et ait: Nęcine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? Et appellauit eas ꝟ i mala non placens. terram chabul vsq; in diem hanc. Misit quoq; hyram ad regē salomonem centum viginti talenta auri. Hęc est summa expensarū quā obtulit salomon rex ad ędificandā domum dñi ⁊ domum suā ⁊ mello ⁊ murum hierusalē. ⁊ bezer ⁊ mageddo ⁊ gazer. Pharao rex ęgypti ascendit ⁊ cepit gazer. succendit q; eam igni. ⁊ chananęum qui habitabat in ciuitate interfecit: ⁊ dedit eam in dotē filię suę vxori salomonis. Edificauit ergo salomon gazer ⁊ bethoron iferiorē ⁊ baalath ⁊ palmiram in terra solitudinis. ⁊ omnes vicos qui ad se ptinebant ⁊ erant absq; muro muniuit. ⁊ ciuitates curruum ⁊ ciuitates equituz ⁊ quodcunq; ei p'placuit vt ędificaret in hierusalē ⁊ in libano ⁊ i oīi terra potestatis suę. Uniuersū populum qui remanserat de ammorreis. ethęis. ⁊ pherezęis. et euęis ⁊ hiebusęis qui non sunt de filijs israel. horū filios qui remāserant in terra quos. s. non poterant filij † ꝟ quia chananeos ⁊ phęreos fecit seruire ⁊ agriculturam exercere ad opus filiorum israel. israel exterminare. ꝟfecit salomon tributarios vsq; ad diem hanc. De filijs aūtē israel non constituit rex salomon seruire quēq;: sed erāt viri bellatores ⁊ mīstri eius ⁊ principes ⁊ duces ⁊ prefecti curruum ⁊ equoꝝ. Erāt aūtē principes sup omnia opera salomonis prępositi quingēti quinquaginta qui habebāt populuz subiectum ⁊ statutis operibus imperabāt. Filia āt pharaonis ascendit de ciuitate dauid monis. ⁊ idcirco redidit eas salo.

¶ Et palmirā in solitudine. Inhabitabilis regio ee q; nusq; aqua inuenit etur. sed illo loco vbi ędificata est ciuitas fontes abūdant. ⁊ palma quę grece vocat palmira ipsa ē emath hinc epyphania vel antiochia.

¶ Uniuersū populū. Ra. Qui non fuerat de filijs israel scat pacifice nostre tributarios: cū eis q̄ non fuēt filioꝝ numero. ꝟ in seruitute ꝓpetua seruitium. tales licet in multis ad nutum seruiant. tñ frequēter vsibus seruiunt ecclesię cum in ꝓsenti tempore de rebus suis solatia prębent.

¶ De filijs aūt israel ꝛc. Rab. Eos qui non erant de stirpe filij sūt sed liberi. quos filius dei sanguine liberauit non constituit salomō nostre seruire: quia nemīnem cogit ritu gentili seruire. nemmem ceremonias veteris legis temporibus nostris seruare. sed bellatores ⁊ se. qui cōtra spiritales nequitias sancto fuerit ⁊ gladio spiritus timicent. ⁊ ministros suos fieri. hoc est spirituale obsequium in bonis operibus sibi pębere. Et principes et duces sic vt bene sibi ꝓsidentur. ⁊ carnis lasciuiam domēt. siue vt subditos sibi bene regant ⁊ in semitas iusticię dirigant.

¶ Quinquaginta. Raba. Quinquagesimo die pt⁹ palcha et ler in monte syna tributa est. et spiritus paraclitus super discipulos venit. Quid ꝙ significat iste prępositorū numerus nisi q; hi qui spiritu sancti gratia legis domini scientiam habere merentur. ipsi ⁊ se ⁊ alios bene regere possunt.

¶ Offerebat quoq; salo. ⁊c. Rab. Offert pacifice noster tribus vicibus cum in mēbris suis per sancte trinitatis fidem obsequium acceptabile exhibet deo. offert enī q̄sq; fidelis holocausta domino: cum corpus castigando macerat et desideria carnis igne spiritussancti consumere festinat. Offert victimas cum vota labiorum in laudem domini expandit. Pacificas cum bonorum operum munus exhibet. Hoc super altare debet offerre: quia in ardore cordis vbi decet ignē diuinum semper ardere id est flammas charitatis semper feruere quicquid in abstinentia bona operatione. gratiarum actione laborat. iustum est vt totum in suauitate spiritussancti offerat deo. Sicq; adolebat thimiama cum oratione mea coram deo in cordis secreto preparat. et ea que sunt deo placita postulat.

¶ Classem. Rab. Classis est ecclesia que in mari mundi posita studium impendit. thesauros sapientie et scientie operisq; virtutum acquirere. vbi sunt serui byram nautici gnari maris cum seruis salomonis dum gentiles seculari sapientia eruditi cū his qui in lege moysi periti sunt i vnitate fidei sociantur. Dos salomon noster in ophir que interpretatur infirmās. i. in vilitates litteræ mittit: ut sumptus inde aurum. id ē sensum pciosū nō sibi sed ipsi salomoni ascribentes referant. Quārū centū viginti talenta. id ē. historiā allegoriam. tropologiam. anagogen. in duobus testamētis.

¶ In ophir. Rab. Ophir nomen est prouincie in india. ab ophir vno de posteris heber nominata. que ⁊ terra aurea appellat. eo q; mōtes aureos habeat qui a leonibus ⁊ serpentibus pessimis custodiuntur. Ad quos nullus aliter accedere audet nisi qui in nauibus stantes iuxta litus terrā quam vnguibus leonū effossam inuenerint: in suā nauem recipiāt: vt si bestie eos sentiunt facile in mari recipiātur.

¶ Sed et regina ⁊c. Isi. Allegor. Hec regina venturam ecclesiam de gentibus desiderantem christum figurabat. q̄ circumamicta varietate ⁊ populi sui ⁊ paterne domus oblita currebat barbara gente nō animo. in aperto peregrina. in occulto sancto ⁊ fieri conciuis optans.

¶ Uidēs aūt regina. ⁊c. Raba. Regina viso salomone et gloria eius stupens super prudentia eius dixit: Verus est sermo ⁊c. Sic sancta ecclesia auditis miraculis christi prouocata est ad q̄rendum eum. Quo p fidem inuento. consideratis sancte scripture testimonijs diuitatis eius potentiam agnoscens. parum putat esse omne quod sibi antea narratum est de eo.

¶ Beati uiri. ⁊c. Raba. Regina admirando in laudem salomonis erupit dicens: Beati viri tui ⁊ b. s. ⁊c. Vere beati sunt quorum rex est christus. et qui eterna eius visione perfrui merentur. ⁊ gloriam quā habet cum patre ⁊ spiritusancto conspicere. et sapientiam que mundis corde se ostendit perpetualiter percipere dignantur.

¶ Lignatina. Rv. Cōdito: noster ligna preciosa boc est doctores sanctos quorum fides viros nō deserscit nec foliorum verba decidunt: sed fructum bonorum operum temporibus suis reddunt ad muninen domus dei boc est ad confirmationem ecclesie sue ponit. vt eorum vndiq; vallata doctrina et exemplis ruinam scelerum. non sentiat.

¶ Imputribilia ⁊ spinosa in similitudine albespine. Lina rotunda sunt et candida ex eis fiunt fulcra a fulciendo dicta videlicet sustentacula ad formam templi. vel gradus domus domini et omnia instrumenta musicorum.

¶ Lanoribus. Rab. Hi quicquid agunt in verbo aut opere. omnia in laude dei faciūt. laudē inter aduersa ⁊ prospera. corde. ore. ope. pronūciare non cessant. Vñ sup muros ⁊ hierusalē constituti costodes tota die ⁊ nocte non cessabunt laudare nomen domini.

in domum suam quā ędificauerat ei salomon. Tūc ędificauit mello.
† ℣ In pascha penthecostē. in scenophegia iuxta precepta legis

Offerebat quoq; salomon † tribus vicibus per annos singulos holocausta et pacificas victimas super altare q̄s ędificauerat dño: et adolebat thimiama coram domino. perfectumq; est templum.

Classem † ℣ Asiongaber que festinantes aut fortes siue viriliter interpretatur ℣ insula est in sinu egipti aco quoq; fecit rex salomon in † asiongaber q̄ est iuxta baylam in litore maris rubri i terra ydumeça.
† uel emarris rubri vbi classis iosaphat attrita est tempestate.

Misitq; biram in classe illa seruos suos viros nauticos et gnaros maris cum seruis salomonis. Qui cū venissent in ophir sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum detulerunt ad regem salomonem.

C. X.

Seo et regina
† ℣ Saba ciuitas est regalis etbi opie vnde fuit hec regina que
Saba audita fama salo
prefuit duobus regnis ethiopie ⁊ egipti.
monis in nomine dñi venit temptare eum in enigmatibus. Et ingressa hierusalē cū comitatu mlto et diuitijs. camelis portātibus aromata ⁊ aurū infinitū nimis ⁊ gemmas pretiosas venit ad regem salomonē: ⁊ locuta est ei vniuersa q̄ habebat in corde suo.
℣ Studuit proponere questiones ⁊ earum solutiones.
Et docuit eam salomon omnia verba q̄ proposuit. Non fuit sermo qui regem posset latere: ⁊ non respondere ei.

Uidens autē regina saba omnem sapientiā salomonis. ⁊ domū quā ędificauerat. et cibos mense eius
† ℣ uniuscuiusq; ordinis ministri vnius tantum colobis habuerunt vestes. vt inter tantas multitu
et habitacula seruorū. et † ordines
dinem ministrantium aliqua esset cognitio officiorum singulorū
ministrantiū. vestesq; eorū. et pincernas. et holocausta q̄ offerebat
† ℣ Ba. Regina non habebat vltra spiritum vide
in domo domini: nō habebat vltra spiritum. Dixitq; ad regē: Verus est sermo quē audiui in terra mea super sermonibus tuis ⁊ sup sapientia tua. ⁊ non credebam narrantibus michi. donec ipsa veni ⁊ vidi oculis meis: ⁊ probaui q̄ media pars michi nunciata nō fuerat. Maior est sapientia et opera tua q̄ rumor quem audiui. Beati viri tui et beati serui tui hi qui stant coram te semp et audiunt sapientiā tuam. Sit dñs deus tuus benedictus cui complacuisti. ⁊ posuit te super thronum israel. eo q; dilexerit dñs israel in sempiternū: et cōstituit te regem vt faceres iudiciū ⁊ iusticiā. Dedit q; regi centū viginti talenta auri: et aromata mlta nimis: et gēmas pretiosas. Nō sunt allata vltra aromata tam multa q̄ ea que dedit regina saba regi salomoni.
℣ id est ram preciosa.
Sed et classis hyrā que portabat aurum de ophir. attulit ex ophir ligna tina multa nimis et gemmas pretiosas. Fecitq; rex de lignis tinis fulcra domus dñi et domus regie. ⁊ citharas lyrasq; cantoribus

¶ Rex aūt salomon. Rab. Et pacificus noster ecclię suę omnia quę petit dabit. Unde quęcūq; petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Non solum qđ petim⁹ immo etiā quę būana fragilitas aut nescit aut nō presumit petere gtuito munere largitur.

¶ Ducenta scuta. Rab. In paralip. Scutis addūtur hastę aureę qt lanceis z scutis vtebātur duces ecclesiastici ad hostiū dom⁹ regis. Vñ lectulum salomonis septuaginta fortes ambiunt.

¶ Rab. Excubātes ad hostia dom⁹ regis sunt predicatores qui custodiūt domum dñi vt insidiatoribus intercludant aditum. Ducente hastę de summa sercentoꝝ scudoꝝ facte sunt quia patres vtriusq; testamenti doctrina z operatōe pfecti sunt cū quicqđ sermone docuerunt bonis operibus probauerunt. Ducenta scuta quoꝝ singula trecenti aurei vestiebant fidem perfectam eorum significant quā in sancte trinitatis confessione habebant. Bene ergo custodes domus domini hastas et scuta aurea portant quia rectores ecclesię caritate superne sapiētię splendētes z verborum iaculis inimicos confodiunt et scuto fidei tela neqssimi ignea repellentes extinguunt.

¶ Saltus libani. Silua libani ecclesiam gentiū significat quę de fastu superbię absq; in fabrica domus dei aptatur. Vñ. Invenimus eam in cāpis silue.

¶ Thronū de ꝛc. Raba. Thronus vel solium est imperialis sedes ꝙ in canticis ferculum appellat: eo qđ residentes ferat vel de loco ad locum circūferat. Ad quod per sex ascensionis gradus ascendebatur. Sub solio erat scabellum aureum z summitas throni rotunda tenta duabꝰ manibꝰ vel brachijs getrinsec⁹ iuxtaq; stabant duo leones adiuuātes sustentare sedile. Duodecim leūculi qz sex erant ascēsionis gradus altrinsecus positi erāt pro sustētaculo ascēdentis gradus.

¶ Rab. Solium salomonis ecclesia esse intelligitur in qua pacific⁹ nr regnās iudicia sua facere dinoscitur. Bene de ebore factū esse mēoratur quoniam elephas cui⁹ hęc ossa sunt inter quadrupedia sensu plurimū valet z temperāter miscetur femine suę z coniuge secunda non vtitur hoc pudicis aptatur qui per castitatē christi ꝓcepta sequūtur. Hanc vestiūt auro qa splendorem glorię suę in ea per miracula clarescere fecit. Sex diebꝰ perfecit deus mundi ornatū qui numerus perfectione sua perfectionē operū significat. Septimo requieuit deus z qz sex gtatibꝰ mundi constat in quibus licet operari quisq; celestē patriam desiderat bonis operibꝰ festinet ascendere. Rotunditas throni in posteriori significat requiem gternam quę post hanc vitam sanctis futura est. Ubi quisq; hic bene laborat mercede remūerat⁹ perhenni quiete perfruetur. Manus tenentes sedile signt solatia diuine gratię quę ecclesiā ad celeste regnū prouehunt. Ideo duę: quia in vtroq; testamento hoc predicatur quia nō nisi diuino adiutorio ad bonū profici potest. Per leones duos patres vtriusq; testamēti figurātur qui fortitudine animi sibi z alijs dominari didicerunt.

Non sunt allata huiusce mōi ligna tina neq; visa vsq; in ꝓsentem diem. Rex autem salomon dedit regine saba omnia quę voluit z petiuit ab eo exceptis his quę vltro obtulerat ei mūere regio. Quę reuersa est z abijt in terram suam cū seruis suis. Erat aūt pondus auri quod offerebatur salomōi per singulos annos sexcentorum sexagintasex talentoꝝ auri: excepto eo qđ afferebant viri qui super vectigalia erant et negociatores. vniuersi qđ scuta vendentes: z omēs reges arabię ducesq; terrę. Fecit quoq; rex salomon ducenta scuta de auro purissimo. Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnius

§ vel a.

§ Pelte sunt scuta media sicut luna quando est semiplena

et ccc peltas ex auro ꝓbato. Trecentę minę auri vnā peltam vestiebāt: Posuitq; eas rex in domo saltus libani. Fecit etiā rex salomon thronum de ebore grandē: z vestiuit eum auro fuluo mnis. qui habebat sex gradus. Et summitas throni erat rotūda in parte poste

§ in ascensione gradus hinc atq; inde oppodiatio sunt ut melius ualeat quis ascendere

rioꝝ z duę manus hinc atq; inde tenentes sedile. et duo leones stabant iuxta manus singulas: z duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atq; inde. Non est factū tale opus in vniuersis regnis Sed z omnia vasa de quibus potabat rex salomon erant aurea: et vniuersa suppellex domus saltus libani de auro purissimo. Nō erat argentuꝫ nec alicuius ꝓcēj puta batur in diebus salomonis: quia classis regis per mare cū classe hyram semel per tres annos ibat in tharsis: deferens inde aurum z argentum et dentes elephantoꝝ et

§ Rab. Et pacificus noster super omnē celsitudinem sanctoꝝ qui uere reges iuste exaltatur quoniam quis in nubibus equabitur domino

simias z pauos. ¶ Magnificatus est ergo rex salomon super omnes reges terrę diuitijs et sapientia: et

§ Et uniuersa ecclesia hoc appetit ut ad conspectum gloriae nostri regis perueniat unde. Quesiui

vniuersa terra desiderabat vultū multum tuum. vultū tuum domine requiraꝫ

salomonis. vt audiret sapientiam eius quā dederat dñs in ore eius.

§ Et unusquisq; sēm q uires sibi supperunt in

Et singuli deferebāt ei munera verbo seu factis obsequiū studet prestare deo

sa aurea z argentea. vestes z arma bellica. aromata quoq; et equos

Non est factū. ꝛc. Apte ecclesię conuenit istud cui dicitur. Multę filię congregauerunt diuitias. tu supergressa es vni.

¶ Sed et omnia vasa. ꝛc. Omnia vasa que pacifici nostri ministerio fungūtur aurea sunt: quia omēs animę sanctorum quę sunt vasa dei. vt dei ne voluntati seruiant splendore sapientię et dilectōnis nitentes cōtinent potum vitę et fit in eis fons aquę salientis in vitam gternam.

¶ Nec alicuius. precij putabatur Ra. Quia scām apostolū nō est in sermōe verbum dei sed in virtute z ꝓdicatione euāgelij. Non in persuasibilibus humanę sapientię verbis consistit: sed in ostensione spiritus et virtutis vt fides nostra non in sapientia hominum: sed in virtute dei sit.

¶ Deferens inde aurum et argentū Rab. Quid aurū argentuꝫ vt significet notū est. Ceterū dentes elephantoꝝ significāt doctores fortes propter nitorē sapię. Per simias actus humanos imitātes: sed bestialiter viuētes significātur qui ad fidem ex gentibꝰ veniūt qui fidem tenere videntur z operibꝰ negāt. Per pauos quorum caro si siccata fuerit imputribilis permanere dicitur quia pennarum pulcritudine vestiuntur: perfecti igne tribulationis decocti adeo vt varijs virtutibꝰ decorentur. Nec debarsi videlicet de amaris fluctibꝰ seculi ad salomonē nostrū deferūtur. Thasis exploratio gaudij dicitur.

¶ Arma bellica prosequitur. Congregauit salo cur. Rab. Debis iosephꝰ prosequitur. Eromabātur alcēlotes coꝝ primū decora iuuēte florentes hites magnā procreatē diffundētes in equoꝝ sessione comā purpura circūamicti qui armati existētes circa regē arcusq; ferentes eqtabant ante eum quādo ad locuꝫ aliquem debebat ire.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

et mulos per annos singulos. Cōgregauit salomon currus et equites. et facti sunt ei mille quadringenti currus. et duodecim milia equitum. et disposuit eos per ciuitates munitas: et cum rege in hierusalē. Fecitq; vt tanta esset abundantia argenti in hierusalem. quanta et lapidum: et cedroꝝ prębuit multitudinem quasi sycomoros quę nascuntur in campestribus. Et educebantur equi salomoni de ęgypto
§ insula est.
et de choa. Negociatores enim regis emebāt de choa: et statuto precio perducebāt. Egrediebatur autem quadriga ex ęgypto sexcentis siclis argenti: et equus centum .l. quaginta. atq; in hunc modū cuncti reges etheorum et syrię equos venundabant.

C .XI.

Exaūt salomon adamauit mulieres alienigenas multas: filiam quoq; pharaonis et moabitidas et ammonitidas. ydumeas et sydonias et etheas de gētibus sup q̄bus dixit dñs filijs israel: Non ingredimini ad eas: neq; de illis ingredient ad vestras. Certissime enim auertēt corda vestra: vt sequamini deos earum. His itaq; copulata est rex salomon ardentissimo amore. Fueruntq; ei vxores quasi regine septingentę: et concubinę trecentę. Et auerterūt mulieres cor eius.
§ non erat sed moribus vel sapientia.
Cumq; iam esset senex. deprauatū est cor eius per mulieres vt sequerer deos alienos: nec erat cor eius perfectū cū domino deo suo sicut dauid patris eius. Sed colebat
§ id est iunonem
salomon astarthen deā sydoniorū et chamos deam moabitarū et moloch ydolum ammonitarū. Fecit q; salomon q̄d nō placuerat coram dño: et non adimpleuit vt sequeretur dñm sicut dauid pater eius. Tunc ędificauit salomon phanū chamos ydolo moab in monte q̄ ē contra hierusalē. et moloch ydolo filiorū ammon. Atq; in hunc modū fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis quę adolebāt thura et immolabant dijs suis. Igitur ira tus est dñs salomoni q̄ auersa eēt mens eius a dño deo israel. qui apparuerat ei secundo: et precęperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos: et nō custodiuit quę mandauit dñs ei.
§ vnde per nathan prophetā vel per aliū
Dixit itaq; dñs salomoni: Quia habuisti hoc apud te et nō custodisti pactum meū et precepta mea quę mandaui tibi: dirumpens scindam regnū tuū. et dabo illud seruo tuo. Verūtamen in diebus tuis non faciam propter dauid patrem tuū. de manu filij tui scindam illud: nec totum regnū auferam: sed tribum vnam dabo filio
§ propter suos
tuo propter dauid seruum meū et hierusalem quā elegi. Suscitauit autē dñs aduersarium salomoni adad ydumeum de semine regio. q̄ erat in edom. Cum enim esset dauid in ydumęa. et ascendisset ioab princeps militię ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti: et occidisset omnē masculinū in ydumęa
Per eni mensibus ibi morati est ioab et oēs israel: donec interimerēt

C XI
Rab. Salomonē arguit vehementer scriptura. Nichilq; de pęnitētia eius. vel indulgentia dei memorat. forte dicat quis mulieres alienigenas significare ecclesias de gentibus. Posset hoc fortasse intelligi. si ille propter salomonē deseruerent deos suos. cuius vero ipse propter eas corruerit deos earum. nō est q̄ quid veri boni cōiectari queat. Apparet in persona salomonis mira excellētia. et mira subtilio. fleda vorago quod illo diuisis temporibus extitit pri⁹ bonum. et posteri⁹ malum hoc ecclesia sil' ostēditur. Nam bona illius. bona eccl'ę. mala illi⁹ mala eccl'ię significāt

omne masculinū in ydumęa. Fugit adad ipse et viri ydumęi de seruis patris eius cū eo vt ingrederetur ęgiptū. Erat aūt adad puer pūulus. Cunqꝫ surrexissent de madian venerunt in pharan·tulerūt qꝫ secum viros de pharan: ꝛ introierunt ęgiptum ad pharaonē regē ęgipti. Qui dedit ei domum·et cibos constituit: ꝛ terram delegauit Et inuenit adad gratiam coram pharaone valde·intantū vt daret ei vxorem sororem vxoris suę germanam tafnes reginę. Genuitqꝫ ei sozor tafnes genebath filium: et nutriuit eum tafnes in domo pharaonis. Eratqꝫ genebath habitās apud pharaonem cum filiis eius Cūqꝫ audisset adad in ęgipto dozmisse dauid cum patribus suis·et mozcuum esse ioab p̄cipem militię·dixit pharaoni: Dimitte me vt vadam in terrā meam. Dixitqꝫ ei pharao: Qua eni re apud me indiges vt quęras ire ad terrā tuā? At ille respondit: Nulla. Sed obsecro te vt dimittas me. Suscitauit eī quoqꝫ deus aduersariuꝫ razon filiū elia dan·q̄ fugerat adadezer regem soba dñm suū: ꝛ congregauit contra eum viros·et factus est princeps latronū cum interficeret eos dauid·abierūtqꝫ damascū et habitauerūt ibi·ꝛ constituerunt eum regem in damasco: eratqꝫ aduersarius israel cunctis diebus salomonis. Et hoc est malū adad et odium cōtra israel: regnauitqꝫ in syria. Hieroboaꝫ quoqꝫ filius nabath eufrateus de sareda seruus salomonis cuius mater erat nomine serua mulier vidua·leuauit manū p̄tra regē. Et hęc ē causa rebellionis aduersus eū: qz salomon mello ędificauit: ꝛ coęquit vozaginem ciuitatis dauid p̄tis sui. Erat autē hieroboam vir fortis et potens. Vidensqꝫ salomon adolescentem bonę indolis et industriū·cōstituerat p̄fectum sup tributa vniuersę domus ioseph. Factum est igitur in tempoze illo·vt hieroboa egrederetur de hierusalez· ꝛ inueniret eū abias sylonites ꝓpheta in via opertus pallio nouo. Erant autez duo tantū in agro. Apprehendēs qꝫ abias pallium suum nouū quo cooperꝰ erat·scidit in duodecim partes·ꝛ ait ad hieroboam: Tolle tibi decem scissuras. Hęc enim dicit dominus deus israel: Ecce ego scindam regnum de manu salomonis·ꝛ dabo tibi decē tribus. Pozro vna tribus remanebit ei ꝓpter seruum meū dauid·ꝛ hierusalē ciuitatē quam elegi ex omnibus tribꝰ israel: eo ꝙ dereliquerit me ꝛ adozauerit astarthen deam sydoniozum·et chamos deum moab. et moloch deū filioz ammon: et nō ambulauerit in vijs meis vt faceret iusticiam coram me et p̄cepta mea et iudicia mea sicut dauid pater eius. Nec auferā omne regnū de manu eius: sed ducem ponam eum cūctis diebus vitę suę ꝓpter dauid seruū meum quez elegi qui custodiuit mandata mea et p̄cepta mea. Auferā autem regnū de manu filij eius: et dabo tibi decē

§ Propter rebellionē

¶ Voraginem ciuitatis. Murus ciuitatis cecidit eo ꝙ et vno latere ḡipsum imminebat. Quā voraginem cum rex vellet cooperire quare muris constituit ducibꝰ vt hoc impleret opus: ꝑ hieroboā qui erat princeps tribꝰ ioseph noluit obedire regi·qui p̄stituerat eū p̄us sup ędificia ꝓpugnaculoꝝ q̄ faciebat in hierosolimis·vbi laborauit. ita vt rex ei principatuꝫ militię sup tribum ioseph conferret: sed rebellis factus egreditur de hierusalē qui occurrit prophęta reflectens cum in agrum vt nullꝰ auderet quid ei diceret. Elatusqꝫ vbis ꝓphętę suadebat populo vt se regem faceret·qđ audiens salomon quęrebat eū interficere.

¶ Erat aūt hieroboam vir fac. Hoc mandatū reedificationis murorum recusauit. Sed vnde tanta audacia·qz rex constituerat eum p̄fectum.

¶ Tolle tibi decē scissuras. Ra. Decem tribꝰ a domo dauid separatę sunt·et due relictę·quia ut ait apls·reliquię propter electionē gratię salę facte sunt·hieroboam qui decem tribꝰ a templo dei separans ad ydolatriam perducit·significat hereticos q̄ vnitatez fidei catholicę hereſibus scindunt. Ac sic cultui maligno rum spirituum subdūt. Hieroboam interpretatur q̄udicās populum. Nam heretici dū iudicare populum videntur·cum erroris sui sequacem faciūt. Tollunt decez sassuras cū legis p̄cepta violando corrumpūt·et vna tribꝰ cuꝫ sobole dauid remanſit·duꝫ sors electoꝝ in regula fidei catholicę permānsit·quia vnus deus·vna fides vnum baptisma.

tribus. Filio aũt eius dabo tribũ vnam vt remaneat lucerna dauid seruo meo cunctis diebus coram me in hierusalem ciuitate quã elegi vt esset nomen meum ibi. Te autem assumam et regnabis sup oia quę desiderat aĩa tua: et eris rex super israel. Si ergo audieris omnia quę precepero tibi: et ambulaueris in vijs meis: et feceris quod rectum est coram me custodiens mandata mea et precepta mea sicut fecit dauid seruus meus: ero tecũ et ędificabo tibi domũ fidelẽ: quo ędificaui dauid domum: et tradam tibi israel: et affligam semen dauid sup hoc. Verũtamen non cunctis diebus. Voluit ergo salomon interficere hieroboam. Qui surrexit et aufugit in ęgyptũ ad sesac regem ęgypti: et fuit in ęgypto vsq; ad mortem salomonis. Reliquũ autẽ verborũ salomonis et omnia quę fecit et sapientia eius: ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum dierum salomonis. Dies aũt quos regnauit salomon in hierusalem sup oẽm israel quadraginta anni sunt. Dormiuitq; salomon cum patribus suis: sepultusq; est in ciuitate dauid patris sui: regnauitq; roboam filius eius pro eo.

Dies autẽ quos. Josephus dixit regnasse annis octuaginta: et vixisse nonaginta quattuor. Sed diuina scriptura eos tantum annos exprimit: quibꝰ regnauit antequã quisq; caretur.

C. .XII.

Venit autẽ roboam in sichem. Illuc eni congregatus est omnis israhel ad cõstituendũ eum regem. At vero hieroboam filius nabath cum adhuc esset in ęgypto, fugus a facie salomonis regis: audita morte eius reuersus est de ęgypto. Misseruntq; et vocauerũt eum. Venit ergo hieroboam et omnis multitudo israel et locuti sunt ad roboam dicentes: Pater tuus durissimus iugum imposuit nobis: tu itaq; imminue nunc paululum de imperio patris tui durissimo: et de iugo grauissimo qđ imposuit nobis: et seruiemus tibi. Qui ait eis: Ite vsq; ad tertiũ diẽ et reuertimini ad me

Cunq; abijsset populus inijt consilium rex roboam cũ ſsenioribus qui assistebant coram salomone patre eius dũ adhuc viueret: et ait eis Qđ mihi datis cõsiliũ vt respondeã pplo? Qui dixerũt ei: Si hodie obedieris pplo huic et seruieris et petitioni eor cesseris locutusq; fueris ad eos verba leuia: erunt tibi serui cunctis diebus. Qui derelinquit cõsiliũ senum qđ dederant ei: et adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo et assistebant ei. Dixitq; ad eos: Qđ mibi consilium datis vt respondeam populo huic? Qui dixit michi: leuius facito iugum qđ imposuit pater tuus super nos: Et dixerũt ei iuuenes qui nutriti fuerant cũ eo: Sic loquere pplo huic qui locuti sũt ad te dicentes: pater tuus aggrauauit iugum nostrũ tu releua nos. Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior ẽ dorso patris mei: et nũc pater meus posuit super vos graue iugum: ego autẽ addam sup iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis: ego autem cedam vos scorpionibus. Venit ergo

¶ Si seniores isti putantur damnasse roboam et ceteri principes salomonis.

C. .XII.

¶ Durissimum iugum. Quomodo verum est: cũ superius dictum sit: qđ salomon nõ constituit quẽquã seruire de filijs israhel vtiq; non fecit eos seruire in agricultura vel alio seruili opere. Verum principes ex eis cõstituit per singulas tribus: qui reddebant regi p vices singulis mẽsibus annonam et cętera quę de expẽsa regis superius referuntur. Quod modo durissimum iugum appellat.

¶ Adolescentes. De quibus eduran vnus fuit: qui postea lapidatus est: iuuenes scriptura non semper iuxta ętatem appellat sed iuxta instabilitatem animi. Nam roboam quadragesimo ętatis sue anno regnare cępit.

¶ Scorpiones. Genus est flagelli: licut et de spinis vel pomarijs solent esse virgę nodosę. Vel etiam flagellum saracenicum cũ duabus vel tribus virgis: quod habet in summitate plumbeas glandes: alias grandines.

¶ Ad roboam. Raba. Roboam de domo dauid fuit. sed in via eius non ambulauit. Fecit enim iuda scriptura teste in diebus illis malū coram dño & irritauerūt eum sup omnibus quę fecerant patres eorū. Fecerunt qs omnes abominationes gentium. Roboā ergo significat malos rectores in ecclesia qui terrenis cupiditatibus vrebiti & delectātes in multitudine obsequētium sibi non quotidianam habent solicitudinem sibi cōmissorum Interpretatur roboā latitudo populi. quia tales spaciosam & latā viam gradiuntur quę ducit ad mortem multos. Relictoq sanctorum patrum consilio. quorum dicta & exempla ad celsitudinē tendunt. Illis obtemperant qui inuidiby vesti derijs mancipati. laudibus iniquis & adulationibus eos grauant quibus cōminatur sapientia dicens. Vę tibi terra cuius rex puer ē & cuius principes mane comedunt panem. Et econtrario. Beata terra cuius est rex nobilis & cuius principes vescantur in tpe suo.

hieroboam et omnis populus ad roboam die tercio sicut locutus fuerat rex dicēs: Reuertimini ad me die tercia. Responditq rex populo dura derelicto consilio seniorum qđ ei dederant. & locutus ē eis secūdum consiliū iuuenū dicēs: Pr̄ meus aggrauauit iugum vestrum ego aūt addā iugo vestro. Pater meus cęcidit vos flagellis. ego āt cedam vos scorpionibus. Et non acquieuit rex populo qm̄ aduersatus fuerat eum dñs. vt suscitaret verbum suum qđ locutus fuerat in manu ahię sylonitę ad hieroboam filiū nabath. Videns itaq populus q̄ noluisset eos audire rex: Respōdit ei dicens: Quę nobis ps i ¶ inculcatio verboꝝ. dauid. vel quę hereditas in filio ysai? vade in tabernacula tua isrl'. Nunc vide domum tuam dauid. Et abijt israel in tabernacula sua. Super filios aūt israel quicunq habitabāt in ciuitatib⁹ iuda regnauit roboam. Misit ergo rex roboam aduram qui erat sup tributa. et ¶ vel israel. lapidauit eum omnis populus: et mortuus est. Porro rex roboam festinus ascendit curruꝫ & fugit in hierusalez: recessitq israel a domo dauid vsq in presentem diem. Factum est aūt cum audisset omnis israel q reuersus esset hieroboam miserunt & vocauerūt eum congregato cętu: & constituerunt eum regem sup omnez israel: nec secutus est quisq̄ domuꝫ dauid p̄ter tribuum iuda ¶ solam. Venit aūt roboam hierusalez. & cōgregauit vniuersam domū iuda & tribū beniamin centū octoginta milia electorum virorum & bellatorū. vt pugnarent contra domū israel. & reducerent regnum roboam filio salomonis: Factus est aūt sermo domini ad semeiam virum dei dicens: Loquere ad roboam filiū salomonis regem iuda. & ad omnē domum iuda et beniamin et reliquos de populo dicens: Hęc dicit dominus: Non ascēdetis nec bellabitis contra fratres vestros filios isrl': Reuertatur vir in domum suam: a me enī factū est verbū hoc. Audierūt sermonem dñi. & reuersi sunt de ire sicut eis p̄ceperat dñs. Ædificauit aūt hieroboā siche in monte ephraim. & habitauit ibi. Et egressus inde ędificauit ¶ phanuel. ¶ phanuel ciuitas metropolis regni hieroboaz. Dixit q̄ hieroboam in corde suo: Nunc reuertetur regnū ad domuꝫ dauid si ascenderit populus iste vt faciat sacrificia in domo dñi in hierusalē & cōuertetur cor populi huius ad dñm suum roboam regem iuda: interficiētq me & reuertētur ad eū Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos. & dixit eis: Nolite vltra ascendere in hierusalē. Ecce dij tui israel. qui eduxerūt te de terra ęgypti. Posuitq vnū in bethel & alterum in dan. Et factū est hoc verbum in peccatum. Ibat ei populus ad orandū vitulum vsq in dan. Et fecit phana in excelsis & sacerdotes de extremis populi q̄ non erant de filijs leui. Constituit q̄ diem solemnem in mēse octauo quidecima die mensis in similitudinē solēnitatis quę celebrabatur

¶ Fecit duos vitulos. Hieroboam quare vitulos fecerit vel quomō iosephus sufficienter exponit.

in iuda. Et ascendens altare similiter fecit i bethel: vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat. Constituitq; in bethel sacerdotes excelsorum quę fecerat: z ascendit super altare qđ extruxerat in bethel vicesima die mensis octaui quē fixerant de corde suo. Et fecit solennitatem filijs israel: z ascendit super altare vt adoleret incensum.

C. XIII.

Ecce vir dei venit de iuda in sermone domini in bethel hieroboam stāte super altare z thus iaciente. Et exclamauit contra altare in sermone dñi. z ait: Altare. altare. hęc dicit dñs: Ecce filius nascetur domui dauid iosias noie: z immolabit super te sacerdotes excelsorum. qui nūc in te thura succendunt: z ossa hoim super te incendet. Dedit q; in die illa signum dicens: hoc erit signum qđ locutus est dñs: Ecce scindetur altare. et effundetur cinis qui i eo est. Cumq; audisset rex sermonem hoīs dei quē inclamauerat contra altare in bethel. extēdit manū suā de altari dicens: Apprehendite eū Et exaruit manus eius quā extenderat contra eum: nec valuit retrahere eā ad se. Altare quoq; scissum est: z effusus est cinis de altari iuxta signum qđ prędixerat vir dei in sermone dñi. Et ait rex ad virum dei: Deprecare faciem dñi dei tui z ora pro me vt restituatur manus mea michi. Orauitq; vir dei faciē dñi. z reuersa est manus eius ad eum: z facta est sicut prius fuerat

§ vel regis.

arcu tuo vt p̄cutias. Sed pone panem z aquā coram eis: vt comedāt z bibant z vadant ad dñm suum. Et appositā est eis ciborū magna p̄paratio. z comederūt z biberūt z dimisit eos: abieruntq; ad dñm suum. Et vltra nō venerunt latrones syrię in terrā israel. Factus est aūt post hęc cōgregauit benadab rex syrię vniuersū exercitum suū: z ascendit z obsidebat samariā. Facta est fames magna i samaria. Et tamdiu obsessa ē. donec venunda retur caput asini octoginta argenteis: z quarta pars cabi stercoris columbarū ḡnq; argenteis. Cūq; rex israel transiret p murū. mulier quędam exclamauit ad cū dicēs: Salua me domie mi rex. Qui ait: Non te saluet dñs: Unde saluare te possū. de area an de torcular? Dixitq; ad eā rex: Quid tibi vis? Quę respondit. Mulier ista dixit mihi: Da filium tuū vt comedam?

¶ Percute obsecro g. h. cę. Ra. Bonum est oculū scandalizantem eruī. vt inimicus superbię z malicię obturetur: z oculus sanę fidei ac simplicitatis aperiatur.

¶ Duxit ergo eos isa. Ra. Postq̄ heliseus hostes in samariam adduxit. nō eos occidi permisit: sed refectōem illis p̄parans dimisit eos in pace. Et saulū diu cōtra stimulum calcitrantē. primū dñs exp̄cauit. deinde scia spiritualia docuit. Nobilęq; p̄cepit ita: Diligite inimicos vestros z benefacite his qui oderūt vos.

¶ Cōgregauit benadab ꝛc. Ra. Benadab z exercitus. est dyabolus z iniqui. sc̄z pagani. iudei. hęretici quos cōtra eccl̄iā bellum gerere excitat. per tales afflīgit. p̄lius vero qui est positus in samaria. i. legis custodia. sit qs fames. cū non ponitur doctoribus ꝟbū dei p̄dicare. Sed heliseo reuelante. i. redemptore per euangelii indicāte: salus q̄ a peccatoribus longe est. nūc tibus deū p̄pe esse fatur. Dicit enī dominꝰ Cras modi? ꝛc. Modius simile perfecta est mensura diuine sapię que est i nouo testamēto Duo modij hordei sunt scia legis z p̄phetarū. qui cōparantur stratere vno. hoc ē fide catholica. in porta samarię. i. in p̄dicatōe aplica. per quā itratur in ecclesiam. Cessante enī turbine persecutōis q̄ fit hodie: dabit dñs cras. i. tempore futuro tranquillitatē: vt p̄uaricatio perfecte cōpleatur.

¶ Quamor ergo mi. Ra. Leprosi sunt qui vitio tacto. vel errore implicati spūalem sanitatem perdiderūt. hi cibum ꝟbi dei cō

eū hodie: z filiū meū comedemus cras. Coximus ergo filiū meum z comedimus. Dixitq; ei die altera: Da filium tuū vt comedamus eū: Quę abscondit filiū suum. Qđ cū audisset rex scidit vestimenta sua: z transibat per murū. Viditq; ois populus ciliciū quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Et ait rex: Hęc mihi faciat dē z hęc addat: si steterit caput helisęi filij saphat super eū hodie. Helisęus aūt sedebat in domo sua: z senes sedebant cum eo. Pręmisit itaq; virū z antequā veniret nuncius: ille dixit ad senes. Nunquid scitis q̄ miserit filius homicidę huc: vt pręcidatur caput meum? Videte ergo vt cum venerit nuncius claudite hostiū z non sinatis introire eū. Ecce enim sonitus pedum dñi eius post eū est. Adhuc illo loquente eis: apparuit nuncius qui veniebat ad eum z ait: Ecce tantū malū a dño est: et quid amplius expectabo a dño.

C. VII.

Dixit aūt helisęus: Audite verbū domini. Hęc dicit dñs: In tempore hoc cras modius similę vno statere erit z duo modij hordei statere vno in porta samarię. Respondēs vnus de ducibus sup cuius manū rex incūbebat homini dei ait: Si dominus fecerit etiaz cataractas i ęlo: nunqd poterit esse qđ loqueris? Qui ait: Videbis oculis tuis z inde nō comedes. Quattuor ergo viri erant leprosi iuxta introitū portę: qui dixerunt ad inuicem: Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerim? ciuitatē: fame moziemur: siue manserimus hic: moziendū nobis est. Venite igitur z transfugiamus ad castra syrię. Si pepercerint nobis viuemus: si aūt occidere voluerit nihilominus moziemur. Surrexerunt igitur vesperi vt venirent ad castra syrię. Cūq; venissent ad principiū castroz syrię: nullū ibidē reppererunt. Siquidē dñs sonitū audiri fecerat i castris syrię currū et equoz̄ z exercitus plurimi. Dixeruntq; ad inuicem: Ecce mercede conduxit aduersum nos rex israel ꝙ rel ge. reges hetheoz z ęgyptioz: z venerunt sup nos. Surrexerūt ergo et fugerūt i tenebris: z dereliquerūt tentoria sua: z equos z asinos i castris: fugeruntq; animas tantū suas saluare cupientes. Igitur cum venissent leprosi illi ad principiū castroz: ingressi sunt vnum tabernaculum: z comederunt z biberūt: tuleruntq; inde argentuz z aurum z vestes z abierunt z absconderūt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum: z inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntq; ad inuicē: Non recte facim?. Hęc dies boni nuncij est. Si tacuerimus z noluerimus nūciare vsq; mane: sceleris arguemur. Venite eamus z nunciemus in aula regis. Cunq; venissent ad portam ciuitatis: narrauerunt eis dicētes: Iuimus ad castra syrię: z nullus ibidē repperimus hominē: nisi equos z asinos alligatos: et fixa tentoria.

Quattuor ergo uiri leprosi. Rab. Leprosi sunt qui variis vicijs veteri: vel erroribus implicati fęditatem ex interna pęste ducentes ostendūt in carne. hos dñs sępe convertens ad fidē: z mandans a vicijs vere salutis nūcios effiat. vñ Matthęus et publicano apls. Apparuit q̄s post resurrectōem pmo marię magdalenę ō q̄ ieccerat septem demonia. Illa vadens nunciauit his qui cū eo fuerant lugentibus. Leprosi ingressi in castra syroz̄ refecti sūt: aurū z argentū aspoztant: cū despecti hui? mūdi pbię operam dantes: z sensus subtilitatez z locatōis venustatē acquirunt. vnde ecclię vlibus bene istructi ꝛc seruire possunt. Qui bene quattuor esse memorant: ut a quattuor euangelioz̄ eruditōne imbuti: in q̄tuor mundi partibus fidei veritatem prędicent.

Jerunt ergo portarij: z nunciauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte: z ait ad seruos suos: Dico vobis quid fecerint nobis syri: Sciūt q3 fame laboram⁹ z idcirco egressi sunt de castris: et latitant i agris dicētes: Cū egressi fuerint de ciuitate: capiemus eos viuos: z tunc ciuitatē ingredi poterimus. Respōdit aūt vnus seruorum eius: Tollam⁹ quinq3 equos qui remanserūt in vrbe: q3 ipsi tm̄ sunt in vniuersa multitudine isrl: alij enī cōsumpti sunt: z mittentes explorare poterimus. Adduxerūt ergo duos equos: misitq3 rex ad castra syrorum dicens: Ite z videte. Qui abierunt post eos vsq3 ad iordanem. Ecce aūt omnis via plena erat vestibus z vasis quę piecerāt syri cū turbarent̄. Reuersi nuncij īdicauerūt regi. Et egressus populus diripuit castra syrię. Factusq3 ē modius similę statere vno: z duo modij hordei statere vno iuxta verbum dñi. Porro rex ducem illum in cuius manu incubuerat constituit ad portam. Quem cōculcauit turba in introitu portę z mortuus est: iuxta qd̄ locutus fuerat vir dei quando descenderat rex ad eum. Factū q3 est sc̄dm sermonē viri dei quē dixerat regi qñ ait: duo modij hordei statere vno erūt: z modius similę statere vno hoc eodē tempore cras in porta samarię: quando responderat dux ille viro dei z dixerat: etiaz si dñs fecerit cataractas i cęlo: nunq̄d fieri poterit qd̄ loqueris? Et dixit ei: videbis oculis tuis z inde nō comedes. Euenit ergo ei sicut prędictū fuerat: z cōculcauit eū populus i porta z mortuus ē.

C VIII.

Heliseus autē locutus est ad mulierē cuius viuere fecerat filium dicēs: Surge vade tu z domus tua z peregrinare vbicūq3 repperis. Vocabit enim dñs famē: z veniet sup terrā septem annis. Quę surrexit z fecit iuxta verbū homis dei. Et vadens cū domo sua peregrinata est in terrā philistijm diebus multis. Cunq3 finiti essent anni septez reuersa ē mulier de terra philistijm z egressa est vt interpellaret regem p domo sua z agris suis. Rex aūt loquebatur cū giezi puero viri dei dicens: Narra mihi omia magnalia q̄ fecit helisęus. Cunq3 ille narraret regi qūo mortuum suscitasset apparuit mulier cuius viuificauerat filium clamās ad regē p domo sua z p3o agris suis. Dixitq3 giezi: Dñe mi rex: hec est mulier: z hic est filius eius quē suscitauit helisęus Et interrogauit rex mulierem: quę narrauit ei vera eē. Deditq3 ei rex eunuchum vnū dicēs: Restitue ei omnia q̄ sua sunt: z vniuersos reditus agrorū a die qua reliquit terram vsq3 ad p̄sens. Venit quoq3 helisęus damascū: z benadab rex syrię egrotabat. Nunciauerunteq3 ei dicentes: Venit vir dei huc. Et ait rex ad azabel: Tolle tecum munera z vade in occursum viri dei: z consule dñm per eum dicens: Si euadere potero de īfirmitate mea

C Porro rex ducem illum etc. Dux typum tenet scribarum z phariseoz: ad quos veritas ait: Ve vobis scribe z phariseī ypocrite qui claudis regnum celorum ante homies. Vos enī non intratis nec introeuntes sinitis intrare: quē cōculcauit turba in porta: q3 gressum ad fidem introeuntium impediebat: vnde merito conculcatus: i examine iusti iudicis damnatus perpetuas mittetur in tenebras.

hac? Iuit igitur azabel in occursū eius habens secum munera ⁊ oia bona damasci·onera quadraginta camelorū. Cunq; stetisset coraz eo a it: Filius tuus benadab rex syrię misit me ad te dicēs: Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitq; ei heliseus: Vade dic ei: Sanaberis. Porro ostendit mihi dñs: q2 morte morieť. Stetitq; cū eo: ⁊ cōturbatus est vsq; ad suffusionez vultus. Fleuitq; vir dei. Cui azabel ait: Quare dñs meus flet? At ille respondit: Quia scio quę facturus sis filijs israel mala. Ciuitates eorū munitas igne succendes·et iuuenes eoꝝ interficies gladio·et paruulos eoꝝ elides: ⁊ prægnātes diuides. Dixitq; azabel: Quid ei sum seruus tuus canis: vt faciam rem istam magnā? Et ait heliseus: Ostendit mihi dñs te regem syrię fore. Qui cū recessisset ab heliseo venit ad dominū suū. Qui ait ei: Quid tibi dixit heliseus? At ille respondit: Dixit mihi recipies sanitatem. Cūq; venisset dies altera·tulit stragulum ⁊ infudit aqua: ⁊ expandit sup faciem eius. Quo mortuo regnauit azabel, p eo. Anno quito ioram filij achab regis israel·regnauit ioram filius iosaphat rex iuda Triginta duorū erat annoꝝ cum regnare cępisset: ⁊ octo ānis regnauit in hierusalem. Ambulauitq; in vijs regum israel sicut ambulauerat domus achab. Filia enī achab erat vxor eius: Et fecit qđ malū est coram domino. Noluit aūt dominus disperdere iudā, ꝓpter dauid

ſ vel in cōſpectu domini.

seruum suū sicut, promiserat ei vt daret illi lucernā ⁊ filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit edom ne esset sub iuda: ⁊ cōstituit sibi regez. Veniteq; ioram seyra: et omnis exercitꝰ cum eo. Et surrexit nocte percussitq; ydumeos qui cum circūdederant ⁊ principes curruū. Populus aūt fugit i tabernacula sua. Recessit ergo edom ne cēt sub iuda: vsq; ad diem hanc. Tunc recessit ⁊ lobna in tēpore illo. Reliq̄ aūt sermonuz ioram·⁊ vniu ersa q̄ fecit: nonne hęc scripta sunt i libro verborū dierū regū iuda? Et dormiuit ioram cum patribus suis: sepultusq; ē cū eis in ciuitate dauid ⁊ regnauit ochozias filius eius, p eo. Anno duodecimo ioram filij achab regis israel: regnauit ochozias filiꝰ ioram regis iudę. Viginti duorū annorꝝ erat ochozias cū regnare cępisset: ⁊ vno anno regnauit in hierusalē. Nomē matris eiꝰ athalia filia amri regis isrl. Et ambulauit in vijs domus achab: ⁊ fecit qđ malū est coram dño sicut domus achab. Gener enim domus achab fuit. Abijt quoq; cū ioram filio achab ad pręliandū cōtra azabel regem syrię in ramoth galaad: ⁊ vulneraverunt syri ioram. Qui reuersus est vt curaretur in iezrael q2 vulneraverant eū syri i ramoth pręliantē cōtra azabel regem syrię Porro ochozias filius ioram rex iuda descendit inuisere ioram filium achab in iezrabel: quia egrotabat ibi.

C. IX.

Helisęus autē ꝓphetes vocauit vnū de filijs ꝓphetarū·z ait illi: Accinge lumbos tuos·z tolle lenticulaz olei hanc in manu tua:z vade in ramoth galaad. Cumq; veneris illuc videbis hieu filium ioſaphat filij namſi. Et ingreſſus ſuſcitabiſ eum de medio fratrū ſuoꝝ:z introduces in interius cubiculū:tenensq; lenticulam olei fundes ſup caput eiꝰ. z dices: Hęc dicit dñs: Unxi te regem ſup iſrael. Aperieſq; hoſtiuz z fugieſ:z ñ ibi ſubſiſtes. Abijt ergo adoleſcens puer,ꝓphetę i ramoth galaad:z ingreſſus eſt illuc. Ecce aūt ꝓncipes exercitus ſedebant. Et ait:Uerbū mihi ad te o ꝓncepſ Dixitq; hieu: Ad quē ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te o ꝓnceps. Et ſurrexit z ingreſſus eſt cubiculū. At ille fudit oleū ſup caput eius·z ait: Hęc dicit dñs deꝰ iſrl: Unxi te regez ſup populū domini iſrael·z pcuties domū achab dñi tui. Et vlciſcar ſanguinē ſeruoꝝ meoꝝ ꝓphetarū:z ſanguinez oi m ſeruoꝝ domi de manu iezabel. Perdamq; omnē domum achab z iterficiam de achab minge ntem ad parietē·z clauſum z nouiſſimū in iſrael·z dabo domū achab ſicut domū hieroboam filij nabath·z ſi cut domuz baaſa filij achia. Jezabel quoq; comedent canes i agro iezrael:nec erit q̄ ſepeliat eā. Aperuitq; hoſtium z fugit. Hieu autē egreſſus eſt ad ſeruoſ dñi ſui. Qui dixerunt ei: Recte ne ſunt omnia? Quid venit inſan? iſte ad te? Qui ait eis: Noſtis hoiem z quid locutus ſit? At illi reſponderūt: Falſū ē·ſed magis narra nobis. Qui ait eis. Nec z hęc locutus eſt mihi·et ait: Hęc dicit dñs: Unxi te regem ſup iſrl. Feſtinauerūt itaq; z vnuſ quiſq; tollens pallium ſuū poſuerunt ſub pedibus eius i ſimilitudinem tribunalis:z cecinerunt tuba atq; dixerunt: Regnabit hieu. Lō iurauit ergo hieu filius ioſaphat filij namſi cōtra ioram. Porro ioꝝ obſederat ramoth galaad·ipſe et omnis iſrael contra azahel regem ſyrię·z reuerſus fuerat vt curareſ i iezrahel,ꝓpter vulnera:q2 pcuſſerant eum ſyri ꝑliantē cōtra azahel regem ſyrię. Dixitq; hieu: Si placet vobis nemo egrediaſ,pfugus de ciuitate:ne vadat z nunciet in iezrael. Et aſcendit z ꝓfectus eſt i iezrahel. Joram enī egrotabat ibi z ochozias rex iuda deſcēderat ad viſitādū ioram. Igitur ſpeculatoꝝ qui ſtabat ſuper turrez iezrahel:vidit globum hieu venientis·z ait: Uideo ego globum. Dixitq; ioꝝā: Tolle currum·z mitte in occurſum eoꝝ:z dicat vadens. Recte ne ſūt omnia? Abijt igitur qui aſcenderat currū in occurſum eius·z ait: Hęc dicit rex: Pacata ſūt omia? Dixit ei hieu: Quid tibi z paci? Tranſi z ſequere me. Nunciauit quoq; ſpeculatoꝝ dicens: Uenit nunciuſ ad eos·z non reuertitur. Miſit etiaz currū equoꝝ ſecūdū. Ueniteq; ad eos·z ait: Hęc dicit rex: Num pax eſt? Et ait hieu: Quid tibi z paci?

¶ Uidebis hieu. Rab. Hieu ꝛeſignat gentium principatum quem dñs deſtinauit vt ſacrilegam ciuitatē quę ꝓphas z dominū ꝓphetaꝝ occidit·z apoſtolos eius pſecuta eſt vltione iuſta pmeret z ſacerdotium qđ poſt xp̄m ianuer habuerat deſtrueret·templumq; ſubuerteret·nec non et ipſam ſynagogā·quę ſanguinē ſanctorū ſp̄ſitiebat·de regni culmine ꝓcipitaret:ac rectores illiꝰ interficeret.

Transi ꝛ seḡre me. Nunciauit aūt speculator dicens: Uenit vsq; ad eos: ꝛ non reuertitur. Est aūt incessus·quasi incessus hieu filij namsi Precepsenī graditur. Et ait ioꝛā Junge currū. Junxeruntq; currū eius. Et egressus est ioram rex isrl· ꝛ ochozias rex iuda: singuli in curribus suis. Egressiq; sunt in occursum hieu: ꝛ inuenerūt eum in agro naboth iezraelitḗ. Cumq; vidisset ioram hieu dixit. Pax ē hieu? At ille respōdit: Quę pax? Adhuc fornicatões iezabel matris tuę·ꝛ veneficia eius multa vigent. Conuertit aūt ioram manū suā ꝛ fugiens: ꝛ ait ad ochoziā. Insidię ochozia. Porro hieu tetendit arcum manu ꝛ percussit ioram inter scapulas: ꝛ egressa est sagitta p̄ cor eius. Statimq; corruit in curru suo. Dixitq; hieu ad badacher ducē: Tolle, pijce eum in agro naboth iezrahelitę Memini enī qñ ego ꝛ tu sedentes in curru sequebamur achab patrē huius·q; dñs onus hoc leuauerit sup eum dicēs: Si nō p̄ro sanguine naboth·ꝛ p̄ sanguine filiorū eius quē vidi heri ait dñs: reddam tibi in agro isto dicit dñs. Nunc igitur tolle, pijce eum i agro iuxta verbū domini. Ochozias aūt rex iuda videns hoc: fugit per viam domus ozti. Persecutus est eū hieu ꝛ ait: Etiam hunc percutite i curru suo. Et percusserunt eum in ascensu gaber q̄ ē iuxta ieblaam. Qui fugit in maggeddo·ꝛ mortuꝰ ē ibi. Et imposuerūt eum serui eius sup currum suū ꝛ tulerunt hierusalē: sepelieruntq; eum in sepulcro cū patribus suis i ciuitate dauid. Anno vndecimo ioram filij achab regis israel regnauit ochozias sup̄ iudam. Uenitq; hieu in iezrahel. Porro iezabel audito· depinxit oculos suos stibio: ꝛ ornauit caput suum ꝛ respexit p̄ fenestram ingredientē hieu per portam·ꝛ ait: Nunquid pax potest esse zamri qui interfecit dñm suum? Leuauitq; hieu faciē suam ad fenestram·ꝛ ait: Quę est ista? Et inclinauerūt se ad eū duo vel tres eunuchi·ꝛ dixerunt: hęc ē illa iezabel. At ille dixit eis: Precipitate eam deorsum. Et p̄cipitauerunt eam: Aspersusq; est sanguine paries ꝛ equox̄ vngulę cōculcauerunt eā. Cumq; introgressus cēt vt comederet biberetq; ait: Ite ꝛ videte maledictā illam·ꝛ sepelite eam: q̄ filia regis est. Cumq; issent vt sepelirēt eam: nō inuenerūt nisi caluariam ꝛ pedes·ꝛ summas manus. Reuersiq; nunciauerunt ei. Et ait hieu: Sermo dñi est quē locutus est p̄ seruū suū heliam thesbiten dicens: In agro iezrahel comedent canes carnes iezabel: Et erunt carnes iezabel sicut stercus sup faciem terrę i agro iezrahel·ita vt p̄tereuntes dicant: hęccine est illa iezabel.

C. X.

Erant autem achab septuagita filij i samaria. Scripsit ergo hieu litteras ꝛ misit in samariā ad optimates ciuitatis·ꝛ ad maiores natu ꝛ ad nutricios achab dicēs: Statiꝫ

¶ Regnauit ochozias super iudaꝫ. Ra. Dicitur de ochozia q̄ quadragintadu orum annox̄ erat cuꝫ regnare cḗpit·et vno anno regnauit. Nam pater eius ioram dicit viij·annis regnasse et quadraginta vtrūq;·sita est duobus annis prior ē patre suo. Sꝫ traditur hebrei qđ ioā q̄draginta annis vixit ꝛ xxviij·regnauit. et quibꝫ octo ei dantur· q; tamdiu iuste vixit viginti quibus postea regnauit in languore ꝛ tribulatōe filio eius adꝺiuntur· qui·xxij· annox̄ fuit cū regnare cḗpit·ꝛ vno regnauit.

vt acceperitis litteras has: qui habetis filios domini vestri·z currus z equos z ciuitates firmas z arma·eligite meliorē z eum qui vobis placuerit de filijs dñi vestri·z ponite eum sup solium patris sui: z pugnate p domo dñi vestri. Timuerunt illi vehemēter·z dixerūt: Ecce duo reges nō potuerūt stare coram eo: z quō nos valebimus ei resistere? Miserūt ergo p̄positi domus·z p̄fecti ciuitatis z maiores natu z nutricij ad hieu dicentes: Serui tui sumus·quęcūq; iusseris faciemus: nec cōstituemus nobis regē. §al· quecūq; tibi placent. Quodcūq; tibi placuerit fac Rescripsit aūt litteras eis secūdo dicēs: Si mei estis z obeditis mihi tollite capita filioz domini vr̄i: et venite ad me hac eadē hora cras i iezrabel. Porro filij regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebant. Cumq; venissent littere ad eos: tulerunt filios regis z occiderūt septuaginta viros·z posuerunt capita eoz in cophinis· et miserūt ad eū i iezrabel. Venit aūt nuncius ad eū z indicauit ei dicēs Attulerunt capita filiorum regis. Qui respōdit: Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitū portę vsq; mane. Cumq; diluxisset egressus ē· z stans dixit ad omnē pplm: Justi estis: Si ego cōiuraui contra dñm meum·z interfeci eum: quis percussit omnes hos? Videte ergo nūc·qm̄ nō cecidit de sermonibus domini in terrā quos locutus est dñs sup domū achab: z dñs fecit qđ locutus est i manu serui sui helię. Percussit igitur hieu oēs qui reliqui erant de domo achab i iezrabel: et vniuersos optimates ei⁹ z notos z sacerdotes·donec nō remanerēt ex eo reliquię. Et surrexit z venit in samariam. Cūq; venisset ad cameram pastorū i via: inuenit fratres ochozię regis iuda. Dixitq; ad eos: Qui nam estis vos? At illi respōderunt: Fratres ochozię sumus: z descendimus ad salutādos filios regis z filios reginę. Qui ait: Comprehendite eos viuos. Quos cū cōprehendissent viuos·iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameraꝫ quadraginta duos viros: z nō reliquit ex eis quēquā. Cūq; abisset inde·inuenit ionadab filiū rechab i occursum sibi·z benedixit ei. Et ait hieu ad eum: Nunquid ē cor tuum rectum sicut cor meum cum corde tuo? Et ait ionadab: Est. Si ē inq̄t da mihi manū tuam. Qui dedit ei manuꝫ suā. At ille leuauit eum ad se i currum. Dixitq; ad eum: Veni mecum·z vide zelum meum p dño Et impositū curru suo duxit in samariam. Et percussit oēs qui reliq̄ fuerant de achab in samaria vsq; ad vnū: iuxta verbū dñi q̄d locut⁹ est p heliā. Congregauit ergo hieu oēm pplm·z dixit ad eum: Achab coluit baal parum: ego aut̄ colam eum amplius. Nunc igit̄ oēs p̄phetas baal z vniuersos famulos ei⁹ z cūctos sacerdotes ipsius vocate ad me: nullus sit q̄ nō veniat. Sacrificium enī grande est mihi baal Quicūq; defuerit: nō viuet. Porro hieu faciebat hoc insidiose: vt

disperderet cultorē baal. Dixitq3 Sanctificate diem solennē baal. Uocauitq3 t misit in vniuersos ter minos israel: t venerunt cuncti ser ui baal. Non fuit residuus ne vn9 quidem qui nō veniret. Et ingressi sunt templū baal: t repleta est do mus baal a sūmo vsq3 ad summū. ſal. præcerāt. Dixitq3 his qui erant super vestes Proferte vestimenta vniuersis ser uis baal. Et p3tulerunt eis vestes. Ingressusq3 hieu t ionadab filius rechab templū3 baal: ait cultorib9 baal. Perquirite t videte ne quis forte vobiscum sit de seruis dñi: sed vt sint serui baal soli. Ingressi sunt igitur vt facerent victimas et holocausta. Hieu aūt p3eparauerat sibi foris octoginta viros · t dixerat eis: Quicunq3 fugerit de ho minibus his quos ego adduxero in manus vestras: anima eius erit pro anima illius. Factū est autē cū completū esset holocaustū: p̄cepit hieu militibus t ducibus suis. Ingredimi t p̄cutite eos: nullus euadat. Percusseruntq3 eos i ore gladij · t, piecerunt milites t duces: Et ierunt i ciuitatem tēpli baal · t protulerunt statuam de phano baal: t cōbusserunt t cōminuerunt eam. Destruxerunt quoq3 edem baal: et fecerunt pro ea latrinas vsq3 i diē hanc. Deleuit itaq3 hieu baal de israel. Uerūtamē a peccatis hieroboam filij nabath qui peccare fecit israel nō recessit: nec dereliquit vitulos aureos qui erant in bethel t in dan. Dixit autem dñs ad hieu: ſ vel egisti. Quia studiose fecisti q8 rectū erat t placebat in oculis meis: t omnia quę erāt in corde meo fecisti cōtra domū achab: filij tui vsq3 ad quartam generatiōem sedebūt sup thron num israel. Porro hieu non custodiuit vt ambularet in lege dñi dei israel in toto corde suo: non enī recessit a peccatis hieroboam q̄ peccare fecit israel. In diebus illis cę pit dominꝰ tedere sup israel. Percussitq3 eos azabel in omnibus finibus israel: a iordane contra orientalem plagam omnē terrā galaad t gad t ruben t manasse ab aroer quę est sup torrētē arnon t galaad t basan. Reliqua aūt ꝟbor hieu t vniuersa quę fecit t fortitudo ei9 nonne hęc scripta sunt in libro verborum dierū regum israel? Et dormiuit hieu cum patribus suis: sepelieruntq3 eum in samaria · t regnauit ioachin filius eius, p eo. Dies aūt quos regnauit hieu sup israel viginti t octo anni sunt i samaria.

C. XI.

Athalia uero mater ochozię videns mortuū filium suū: surrexit t interfecit omne semen regiū. Tollens aūt iosaba filia regis iorā sororꝰ ochozię ioas filiu3 ochozię · furata ē cū de medio filiorū regis qui interficiebātur · t nutricem eius de triclinio: t absc̄odit eum a facie athalię vt non interficeretur. Eratq3 cū ea sex annis clam in domo dñi. Porro athalia regnauit sup terrā septē annis. Anno aūt septimo misit iohada pontifex: t assumēs centurriones t milites introduxit ad se i tēplū

C. XI.

Ra. Athalia quę semen dauid extinguere moliebatur · impietates exprimit synagogę: quę seminis dauid hoc est xpi insidiatrix erat. Quę aliquando regnare videbatur: cū legis cerimonias tēporaliter obseruabat. Interpretatur ei athalia tpalis dñi. Sed iosabeth strenuitate · q̄ interpretatur saturitas dñi id est · ecclię · i q̄ vere sunt dilectę · seruatur ioas · i · memoria domī xp̄s sc3 in quo est memoria nominis dñi: ne p crudelitatē seuientis hostis interimatur in cordibus electorꝰ. Magis nutritur in domo ioiade · qui dilect9 dñi sonat: de quo pater: hic est filius meus dilectus · cuius domus sancta ecclesia · vbi in sancta fide electorꝰ manēs quotidie facit augmētum corpis sui · donec tpe iudicij sceptrum regni t potentiā aduersus eos extollet · qui eū reprimere cogitabant t interfectricē sanctorꝰ eternis reputauerit pęnis.

Anno aūt septimo ꝛc. Portes viginti quattuor: erant sacerdotū · leuitarū t ianitorū · t habebāt totidē pontifices · qui singuli p totidem septimanas sibi et ordine succederent · habentes singuli sub se viginti q̄ttuor sacerdotes t totidē leuitas · t cuiusdē numeri ianitores. Intrāte itaq3 nouo pontifice sabbato ad officiū3 cū noua turma sacerdotū · leuitarū · ianitorꝰ · ille pontifex cum sua turma q̄

trāsacta septimana ministrauerat·post sabbatum domuz reuertebat ad vrozez. Æditui enī mīstrabant:a cōtigali ope cessabāt:ī portis circa domū dñi vsq; ad sabbatum manentes. Sed tunc summus pontifex ꝓpter necessitatē augendi exercitus z eos qui septimanam expleuerant retinuit·z illos qui impleturi erāt suscepit. Qui z alios quoq; leuitas de vrbib; z principes familiarū cōgregauit: quos filium regis ostendit:taliratione disposuit: vt illi qui ipse uerāt sabbatū armati circūstarent regē ī interioziby atrij locis. Qui ad sabbm venerāt domū regis·ī·palatiū obseruarent z portam scutariozum quā de tēplo ad palatiū descēdebatur. Reliqua multitudo exteriozes atriozuz ianuas contra furozez regine siquid moliretur custodirēt· postea eduxit regē de domo dñi vbi erat absconditus· venerūtq; p viam portę scutariozū ī palatiū z sedit super thronum regum.

¶ Ad portā seyr. Rab. In palatio porta seyr z domus messa quę cū porta scutariorum nominant esse videntur.

¶ Scutariorū. F. Scutarij erāt tutores regis custodientes palatij vestibulum.

¶ Et posuit super eū dyā. F. In libro dierū apertius·z imposuerūt ei diadema deferuntq; ī manu eius tenendam legē·z erat vtiq; salutaris prudētie: vt post tyrānicę necem regine· succedenti in regnū filio regis cū ipso regni habitu disciplina legis dei seruanda cōmitteretur·z qui se ꝑlatus ꝓpo videret regendo:ipse se regendum diuinis legibus subdi vehere meminisset.

ſ.i.cōtractionem cū principibus leuitarū fecit.

dñi: Pepigitq; cum eis fœdus. Et adiurans eos in domo dñi·ostendit eis filium regis·z pręcepit illis dicens: Iste est sermo quez facere debetis. Tercia ps vestrū introeat sabbato:z obseruet excubias domus regis. Tercia aūt pars sit ad portam seyr·z tercia pars ad portā quę est post habitaculum scutariorum:z custodietis excubias domus messa. Duę vero partes e vobis omnes egredientes sabbato custodiant excubias domus domini circa regez:z vallabitis eum habentes arma in manibus vestris. Si quis autez ingressus fuerit septum templi interficiatur. Eritisq; cū rege introeunte z egrediente. Et fecerūt centuriones iuxta omnia quę ꝑceperat eis ioiada sacerdos. Et assumentes singuli viros suos qui ingrediebāt sabbatū·cum his qui egrediebant̄ e sabbato venerūt ad ſ leuitas ioiadam sacerdotē. Qui dedit eis ſ que david cedis hostibus cōseruauit i domo do mini·quibus leuite in bello armarentur.
hastas·z arma regis dauid q̄ erant in domo dñi. Et steterūt singuli habentes arma in manu sua·a parte tēpli dextra vsq; ad partē sinistraz altaris·z ędis circum regem. Produxitq; filiū regis·z posuit super ſ insigne capitis regū. ſ legem dei qua do ceatur qualiter viuat et quid agat.
eum diadema z testimoniū. Fecerunteq; eū regem·z vnxerūt·z plaudentes manu dixerunt: Viuat rex. Audiuit aūt athalia vocem currentis populi·z ingressa ad turbas in templum dñi vidit regem stantem super tribunal iuxta morem z cantozes z tubas iuxta eum·omnēq; ſ vel ꝑpe populum terrę lętantē z canentem tubis:z scidit vestimenta sua·clamauitq;: Cōiuratio ꝛiuratio. Precepit autē ioiada centurionibus q̄ erant sup exercitū·z ait eis: Educite eaz extra septa templi:z quicūq; secutus eam fuerit:feriatur gladio Dixerat eni sacerdos: Nō occidatur in templo dñi. Imposuerūtq; ei manus:z impegerūt eam p viaz introitus equoz iuxta palatium:z interfecta est ibi. Pepigit igitur ioiada fœdus inter dñm z regē:z iter populum vt esset populus domini·z inter regem z pplm. Ingressusq; est omnis populus terrę templum baal:z destruxerūt aras eiꝰ z ymagines cōtriuerūt valide. Mathan quoq; sacerdotē baal occiderūt coram altari. Et posuit sacerdos custodias ī domo dñi. Tuliteq; centuriones z cerethi z phaleti legiones z omnē populū terrę: de duxerunt qz regez de domo dñi. Et venerūt p viam portę scutariozū in palatiū z sedit sup thronū regū. Lętatusq; est omnis populus terrę·z ciuitas conquieuit. Athalia autē occisa est gladio in domo regis. Septemq; annozuz erat ioas cum regnare cępisset.

¶ Pepigit ioiada fœdus inter do·et re·cē. In paralī·iter se·qz se loco regis z dei cultus minister erat: posuit·vnde ioiada recognoscens dñm vel diligens interpretatur·q; dominū cognoscere z diligere docuit.

¶ Pepigit fœdus inter dñm z regem et pplm vt rex z populus domino seruirent·pepigit inter regem z pplm·vt populus erga regem fideliter ageret·z rex cū iustitia pplm regeret.

C. XII.

ANno septimo Iehu regnauit ioas. Quadraginta annis regnauit in hierusalem: Nomen matris eius sebia de bersabee. Fecitq; ioas rectum coram dño cunctis diebus quib; docuit eum ioiada sacerdos: Verumtamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat

¶ Dixitq; ioas ad sa. Omnē pe. Mandat rex noster vt doctores accipiant omnē pecuniā que a ptereuntibus iustis scientię spūalis. vel bonor exemplor in thesaurū dñi cōfertur. p ḋdicatorum officia ad instaurationē templi spūalis conferatur: quatinus ibi quod cūq; scissum p errorē vt vicia inuenerint restaurent. ne forte per negligentiā magistrorum repereat multitudo auditorum.

¶ Sartatecta. Rc. Dicit ruinas domus dñi. vt qđ cadere cęperat fulciretur. Legitur ei ī parali. qđ athalia ꝛ filij eius. i. sacerdotes ydoloꝝ (qz legit non habuisse filiū) destruxerunt domū dñi. ꝛ de sanctificatis fecerūt baal

¶ Igitur usq; ad ui. Ra. Ante aduētū xpi licet doctrina legis in gēte iudea fuerit. tñ p doctorū negligentiā in multis corrumpebatur. donec veniret ipse qui legē dedit. ꝛ p sanctę trinitatis fidē decalogum in moysi ꝛ prophetarum scriptis spiritualiter obseruandū doceret.

¶ Ad instauratio nem te. rec. Raba. Dominus euāgelicis doctoribus ait: prędicate euangeliū omī creaturę. infirmos curate mortuos suscitate. leprosos mundate. gratis accepistis: gratis date.

¶ Et tulit io. gazo. Ra. Pontifex noster qui seipsum obtulit hostiam. vo. gazophilaciū vnū posuit. i. vnaꝝ catholicā ecclesiā fecit cui foramē desup aperuit. qz trāsitū inde ad celos parauit.

¶ Et posuit illud iu. al. Ra. Altare corpus dñi. iuxta qđ gazophilaciū est. cū ecclesia xpo cōiuncta ē ad dexterā ingredientiū domum. Quia qui p fidem ingrediunt ecclesiam. itendunt ad eternam beatitudinē quā vertra significat puerire. Istuc ḡ mittūt sacerdotes q̄ custodiunt hostia tēpli oēm pecuniaꝝ ḡ deferr ad tēplū cū predicatores qui seruant introitū fidei offerunt vota fidelium in verbis ꝛ operibus. ꝛ in ecclesia rite ḣabus cōmendant deo.

¶ Scriba regis et pontifex. Ra. Sūmi sunt doctores. qui pecuniā collatā iuxta numerū ꝛ mensurā illis tribuebant qui ḣerant fabris ꝛ cementarijs. hoc est dispensatoribus verbi dei. qui euangelici tritici mensurā conseruis suis bis qui operantur in domo dñi. ꝛ virtutum opera in ędificio diuino componunt tribuebant.

¶ Ra. Apostoli quos principes in ecclesia electio diuina cōstituit. p discipulos verbi semina p totū orbem sparserunt. quatinus oparios volūtatis dei ydoneos auditoribus suis ꝓficerent. quoꝝ alij fabricabant ligna cū serra dolebat in excelsis incensum.

Dixitq; ioas ad sacerdotes: Omnem pecuniam sanctorū quę illata fuerit in templū dñi a ptereuntib⁹ quę offertur pro precio anię: ꝛ quā sponte ꝛ arbitrio cordis sui inferūt in templum dñi. accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suū. ꝛ instaurēt sartatecta domus: si quid ne cessariū viderint instaurationē.

¶ Sacerdotes. Igitur vsq; ad vicesimuz tercium annum regis ioas: nō instauraverunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq; rex ioas ioiadam pontificē ꝛ sacerdotes dicēs eis: Quare sartatecta non instauratis tēpli? Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrū: sed ad instauratōez templi reddite eā. Prohibitiq; sunt sacerdotes v ltra accipere pecuniā a populo: ꝛ instaurare sartatecta domus. Et tulit ioiada pontifex gazophilacium vnū aperuitq; foramen desuper. ꝛ posuit illud iuxta altare ad dextram ingredientiū domū dñi: mittebāt q; i eo sacerdotes qui custodiebāt hostia omnē pecuniam quę defere batur ad templū domini. Cūq; videre nt nimiam pecuniā esse in gazophilacio: ascēdebat scriba regis ꝛ pontifex. effundebantq; ꝛ numerabant pecuniā quę inueniebatur in domo dñi: ꝛ dabant eam iuxta numerū atq; mensurā i manu eoꝝ qui pręerant cementarijs domus dñi. Qui impendebant eam in fabris lignoꝝ ꝛ in cemētarijs bis q̄ operabantur in domo dñi ꝛ sartatecta faciebant. ꝛ in bis q̄ cedebāt saxa. vt emerent ligna ꝛ lapides q̄ excidebant: ita vt impleretur instauratio domus dñi in vniuersis quę indigebant expensa ad muniendā domū. Verūtamen non fiebant ex ℣ aquā sapię diuine cōtinentes, eadem pecunia hydrię templi dñi ꝛ fuscinulę ꝛ thuribla ꝛ tubę ꝛ omne vas aureum ꝛ argenteū: de pecunia quę inferebatur in templum dñi. Dis enim qui faciebant opus dabatur: vt instauraretur templū domini. Et nō fiebat ratio his hominibus qui accipiebant pecuniā vt distribuerēt eam artificibus: ſꝫ ℣ ſynde i cyodo. Quando ruleris summā filiorū in fide tractabāt eam. ℣ Pecuniam israel. dabant singuli precū. p animabus suis. et non erit plaga.

¶ Pro. Pro delicto ꝛ pecuniā. p peccatis ꝛ sibi obedientes ligna fructifera in domo dñi parare studebant. Alij sarta tecta templi faciebant. qñ illa quę p hęresim ꝛ falsmata rupta erant rędificabant. Alij sara cędebant: cū duros corde ꝛ incredulos fortiter increpabāt: ita vt impleret instauratio in vniuersis q̄ indigebant expensa ad domū domini muniendā; iuxta illud. Vnicuiq; aūt vestrū data est gratia fm mensuram donatōnis xpi.

¶ Verūtamen nō fiebat. ꝛc. Ra. Alia dat cē rō formandorū vasoꝝ i ministeriū dñi alia parandoꝝ lignorum ꝛ saxorum in ędificium domꝰ: qz alia debet esse doctrina quarudes ibunnt ad fidē: ꝛ alia qua iam pfecti instruunt ad scię plenitudinē. Vasa dñi sūt qui iam apti sūt ad capienda munera diuina ꝛ habiles sunt ad ministeriū dei.

¶ Nō fiebāt ex eadē pecunia hydrię ꝛc. In palitō. Cuꝫ cōplerent omnia opa detulerūt coram rege ꝛ ioiada reliquā ptem pecunię de qua facta sunt vasa tēpli. Non est cōtrariū. qz nō de eadē pecunia quę offerebatur a populo ad instauratōem domꝰ dñi facta fuerūt vasa in ministeriū templi: sed de reliqua ptę pecunię q̄ ꝛ aliqs donationū fuerat collata.

¶ Fuscinulę. Ra. Doctores. quoꝝ officium est corpus ꝛ sanguinem domini credē tibus distribuere. infirmis abnegare. nec nō ꝛ spirituales alimoniam verbi cuiq; ꝓut conuenit dispertiri: qz sunt in verbis dei quę nostrę humilitati reuelare dignatus est. sunt alia quę nostrę capacitatis mensuram transcendunt.

¶ Thuribula. Rc. Sunt q̄ mundum orationem ex conscientia pura ꝛ fide nō ficta offerūt deo: ꝛ dicunt dirigatur oratio mea sicut incen.

¶ Tube. Ra. Doctores q̄ toto orbe vocem euangelicę prędicationis emittūt. vñ. Quasi tuba exalta vocem tuam.

¶ Et non fiebat ratio. Raba. Tam religiosi fuerunt: vt nullus dubitaverit quin pecuniam dei sine fraude tractarent. Vnde constat quanta discretione opus est bis qui pecuniā verbi dei dispensant cōseruis. de qua ratio reddenda est. vt nō minus fideles inueniantur bi in spiritualibus q̄m illi in corporalibus.

¶ Pecuniam uero pro delicto. Raba. Hic ostenditur q̄ cōfessio peccatoꝝ ꝛ pnitentia non ꝓprio cuiusq; sed sacerdotū iudicio pagenda est. quoꝝ est discernere inter mundum ꝛ imundum. ꝛ lepę macula diiudicare.

non inferebant in tēplum domini q: sacerdotuz erat. Tunc ascendit azabel rex syriç z pugnabat cōtra geth: eçpitqz eam. Et direxit faciē suam vt ascenderet in hierusalem. Quāobrem tulit ioas rex iuda omnia sanctificata quç consecrauerāt iosaphat z ioram z ochozias pfcs eius reges iuda. z quç ipse obtulerat. z vniuersum argentū qđ in ueniri potuit in thesauris templi dñi z in palatio regis. misitqz azabeli regi syriç: z recessit ab hierusalem. Reliqua aūt sermonū ioas. z vniuersa q̄ fecit. nōne hęc scripta sūt ī libro verboꝝ dierum regū iuda? Surrexerunt aūt serui eius z cōiurauerūt inter se: percusseruntqz ioas in domo mello i descensu sela. Jozachar nāqz filius semath. z iozabath filius somer serui eius percusserunt eum: z mortuus est. Et sepelierunt eum cum patribus suis ī ciuitate dauid: Regnauitqz amasias filius eius p̄o co.

C XIII.

ANno uicesimotercio ioas filij achazię regis iudę regnauit ioachaz filius hieu sup israel in samaria decem z septem annis. Et fecit malum cora3 dño. secutusqz est peccata hieroboam filij nabath qui peccare fecit israel: z nō declinauit ab eis. Jratusq3 ē furor dñi cōtra isrl z tradidit eos in manu azabelis regis syriç: z in manu benadab filij azabelis cūctis diebus. Deprecatus est aūt ioachaz faciem domini z audiuit eum dñs. Vidit enim angustias israel: qz atriuerat eos rex syriç. Et dedit dñs israeli saluatorem: z liberatus est de manu regis syriç. Habitauerūtqz filij israel in tabernaculis suis sicut heri z nudius tercius. Ueruntamē nō recesserunt a peccatis domus hieroboā. qui peccare fecit israel: sed in ipsis ambulauerūt. Siquidem z lucus pmansit in samaria. Et nō sunt derelicti ioachaz de popl̄o: nisi quinquaginta equites z decem currus z decem milia peditum. Interfecerat enim eos rex syriç: z redegerat quasi puluerē in tritura areç. Reliqua aūt ꝺmonuz ioachaz z vniuersa quę fecit. fz z fortitudo ei? nōne hęc scripta sunt in libro sermonum dierū regum israel? Dormiuitqz ioachaz cū patribus suis. z sepelierunt eū ī samaria: regnauitqz ioas filius eius. p̄ co. Anno tricesimoseptimo ioas regis iuda: regnauit ioas filius ioachaz sup israel ī samaria sedecim annis: z fecit qđ malū est ī cōspectu dñi. Non declinauit ab omnibus peccatis hieroboam filij nabath qui peccare fecit israel sed ī ipsis ambulauit. Reliqua aūt sermonū ioas z vniuersa quę fecit z fortitudo eius qūo pugnauerit cōtra amasiā regē iuda: nonne hęc scripta sūnt ī libro sermonū dierū regum israel? Et dormiuit ioas cū patribus suis. Hieroboam aūt sedit sup solium eius. Ozro ioas sepultus est in samaria cū regib? isrl. Heliseus aūt egrotabat in infirmitate qua z mortuus est. Descendit qz ad eum ioas rex israel. z flebat

Heliseus autē egrotabat. Rabanus. Redemptor noster et rectoribus ecclesię animis ipsā alibus se indulsit. et cōtra hostem antiquū pugnare docuit. Arcus sacrum est eloquiū. qđ ex virorū testamento velut ex cornu z corda pstat. Vetus ē cornu. propter durician nouū corda. z dū corda tra hitur: cornu curuatur. qz cum nouum testamentū discutitur: mens a rigore suo ad intellectum spiritualem flecti tur. Sagittę sūt verba q̄ doctores proferunt. Nos ergo cū scripturę facę dicta pensamus arcum intendimus. cū verba doctorū damus sagittas emittimus.

¶ Superposuit he·ma·iu·Ra. Explens suos dominus actōes doctor dirigit z confortat.

¶ Aperi fenestrā ori.zc.Ra. Lumine lūe suos hortat' ꝓmus illustrari· et sic iacula verboꝝ mittere. ¶ Sagitta salutis. zc.Rab. Prędicatio sancta certissima est interfectio spūalium hostiū si pseueranter agit' Vñ nō debet doctor ꝓpter auariciam negligere animarū curam: sed magis ꝑ pietatem ad eternā ptendere requiez·quod significat aphech. Interpretat' enī cōtinebit vel apprehendet. Vnde aplus enumeratis vitijs subintulit. Tu aūt homo dei hec fuge·lectare vero iusticiam· pietatez: apprehende vitaz eternam.

¶ Tolle sa·Qui cū tur·r·d·e·percutie zc.Rab. Doctoribus ꝓpositum iaculo ꝓdicationis terrā·i·carnales pertere. Tribus vicibus terrā iaculo pcutere·est trinitatis fidem carnalibꝰ ꝑ doctrinaz insinuare·postea doceantur quinq; sensibus corporeis imparebonisq; opibus quę ꝑ seexprimunt' studiū ipendere·neenō sciam spiritualem instanter meditari:quam septiformis spiritus ad salutez bumani generis gemino testamento edidit. Qui aūt solaz fidē sufficere credūt ad salutē· recte arguunt':qz scōm iacobum fides sine operibꝰ mortua est.

¶ Quod dum te. Rab. Resurrectio cadaueris per cōtactum ossiū helisei·significat ꝙ q̄cūq; firma fide tāgit mortez xp̄i·z spem suam veraciter i eo collocat:sine dubio participes erit resurrectōnis eiꝰ. vnde. Ego sum resurrectio z vita.

¶ Postq; obijt ioiada ingressi principes iuda adorauerunt regē coram eo dicebatq;: Pater mi pater mi·currus israel z auriga eius Et ait illi helisęus: Affer arcum et sagittas. Cunq; attulisset ad eum arcum z sagittas·dixit ad regē isral: Pone manū tuā super arcum. Et cum posuisset ille manū suam: supposuit helisęus manus suas manibus regis·z ait: Aperi fenestrā orientalez. Cunq; aperuisset·dixit helisęus: Jace sagittā. Et iecit. Et ait helisęus: Sagitta salutis domini ¶ Ra·prędicatio sancta.
z sagitta salutis contra syriā. Percutiesq; syriam in ¶ aphech: donec consumas eam. Et ait: Tolle sagittas. Qui cū tulisset·rursū dixit ei: Percute iaculo terram. Et cū percussisset tribus vicibus z steussset·iratus est cōtra eum vir dei·z ait: Si percussisses quinqes aut sexies aut septies pcussisses syriā vsq; ad consummatōez. Nunc aūt tribus vicibus percuties eaz. Mortuus est ergo helisęus:z sepelierunt cū. Latrunculi quoq; de moab venerunt in terrā in ipso anno. Quidā autē sepelientes hominē viderunt latrunculos:z ꝓiecerūt cadauer i sepulcro helisęi. Quod dum tetigisset ossa helisęi:reuixit homo· et stetit super pedes suos. Igitur azahel rex syrię afflixit israel cunctis diebus ioachaz. Et misertus ē dominus eozū·z reuersus est ad eos ꝓpter pactum suū qđ habebat cuz abraā z ysaac z iacob·z noluit disperdere eos:neq; ꝑijcere penitus vsq; in ꝓsens tempus. Mortuꝰ est aūt azabel rex syrię: z regnauit benadab filius eius ꝓ eo. Porro ioas filius ioachaz tulit vrbes de manu benadab filij azahel: quas tulerat ꝺ manu ioachaz patris sui iure ꝓclij. Tribus vicibus pcussit eū ioas:z reddidit ciuitates israli.

C. XIIII.

Anno secundo ioas filij ioachaz regis israel regnauit amasias filius ioas regis iuda. Vigintiquinq; annoꝝ erat cum regnare cępisset. Viginti aūt z nouem annis regnauit i hierusalē. Nomē matris eius ioaden de hierusalē. Et fecit rectum cozaz domino:verūtamen nō vt dauid pater eius. Juxta omnia quę fecit ioas pater suus fecit:nisi hoc tantū q; excelsa non abstulit. Adhuc enī populus immolabat z adolebat in excelsis in excelsis. Cunq; obtinuit regnū·pcussit seruos suos qui interfecerant regē patrē suū·filios aūt eoruz qui occiderant non occidit:iuxta qđ scriptuz est in libro legis moysi sicut ꝓcepit dñs dicēs: Non morientur patres ꝓ filijs·neq; filij morientur ꝓ pr̄ibus:sz vnusquisq; ꝑ peccato suo morietur. Ipse ¶ ꝙ pler.sq; vacat.
¶ ꝙ vetus editio quasi nomen regionis genealam posuit. percussit edom in valle ¶ salinaruz duodecim milia·z apprehendit petram in ꝓlio:vocauitq; nomē eiꝰ iezechel vsq; in ꝓsentē diē. Tūc misit amasias nūcios ad ioas filiū ioachaz filij hieu regis isral dicēs: Veni z videamus nos. Remisitq; ioas rex israel ad amasiam regem iuda dicens: Carduus libani misit ad cedrum quę est i libano dicēs: Da filiam tuam filio meo vxorem. Transieruntq; bestię saltus· quę

z amasias

zc. Dicunt iudei sicut deū regē adoratum·z honores supra humanum modū a subditis libenter accepisse. Vñ iram dei subito exptus est sicut herodes.

¶ Non est deus i isral qz omnes notij erant· z ydolatria polluti Duas duas glosas et xxtiij·secūdi paralipomenō sumptas vide·z ponibi cū hic habere locū

¶ Et fecit rectum cozam domino. Ra. Amasias fecit bonum in conspectu dñi sed nō corde pfecto· bona quippe opera q̄ placent deo fecit·sz nō corde pfecto:qz sub simulata specie corā hominibus ostendebat· z sic corā deo accepta nō erant.

¶ In valle salinarū. Rab. Alias salinarū erat·vbi sal faciebant. Vel feno salsuginis decoso·z siccato z incenso. Vel aquis puteoꝝ salsis feruefactis·z vsq; ad salis firmitatē coquendo pduciis. Vel alio quolibz ordine quo sal fieri cōsueuit.

¶ Petram in pręlio. Ra. Petra ciuitas est arabię·nobilis in terra edom·quę i libro numeri recem dicitur·z a syris sic appellatur. Sz iosephus ñ ciuitatez dicit·sed magnā petram in arabia constitutam.

¶ Jezechel. Qz amasias victor nomē imposuit·interpretat' ęternus dei vel auxilium dei·agente eo fideliter vt ꝑ bennis videretur memorię·qꝑ hāc vel ętus pli dei vl deo ad iuuante ceperit.

c

sunt in libano ⁊ cōculcauerūt car-
duum. Percutiens invaluisti sup
edom: ⁊ sublevauit te cor tuū. Con
tentus esto gloria tua ⁊ sede in do
mo tua. Quare procas malū: vt
cadas tu ⁊ iuda tecum? Et non ac
quievit amasias. Ascenditq; ioas
rex israel ⁊ viderūt se ipse ⁊ amasi-
as rex iuda in bethsames opido
iudę. Percussusq; est iuda coram
israel ⁊ fugerunt vnusquisq; in ta
bernacula sua. Amasiam vo regē
iuda filium ioas filij ochozię cepit
ioas rex israel in bethsames: ⁊ ad
duxit eum in hierusalē. Et interru
pit murū hierlm a porta ephraim
vsq; ad portā anguli quadringen
tis cubitis. Tulitq; omne aurū et
argētū ⁊ vniversa vasa quę inuēta
sunt in domo dñi ⁊ in thezauris re
gis ⁊ obsides: ⁊ reversus est in sa-
mariā. Reliqua aūt verborū ioas
quę fecit ⁊ fortitudo eius qua pu
gnauit contra amasiam regē iuda:
nōne hęc scripta sunt i libro sermo
num dierū regum israel? Dormivit
q; ioas cū patribus suis ⁊ sepult⁹
est in samaria cū regibus israel: et
regnavit hieroboam filius eius p
eo. Vixit autē amasias filius ioas
rex iuda postq; mortuus est ioas
filius ioachaz regis israel viginti
quinq; annis. Reliqua aūt sermo
num amasię: nōne hęc scripta sunt
in libro sermonū dierū regū iuda?
Factaq; est cōtra eum cōiuratio in
hierusalem: At ille fugit in lachis
Miseruntq; post eum in lachis: et
interfecerūt eū ibi ⁊ asportaverūt
in equis: sepultusq; est i hierusalē
cū patribus suis in civitate david
Tulit aūt vniversus pplus iudę
azariā annos natum sedecim ⁊ cō
stituerunt eum regē pro patre eius
amasia. Ipse ędificavit ahilam et
restituit eam iudę: postq; dormivit
rex cum patribus suis. Anno quin
todecimo amasię filij ioas regis iu
da: regnavit hieroboā filius ioas
regis israel in samaria quadragita
⁊ vno anno: ⁊ fecit qđ malum ē co
ram dño. Nō recessit ab omnibus
peccatis hieroboam filij nabat: q̄
peccare fecit israł. Ipse restituit ter
minos israł ab introitu emath vsq;
ad mare solitudinis: iuxta ſmonē
dñi dei israł quē locutus est p servū
suum ionam filiū amathi, pphetam
qui erat de geth quę est in ophel. ſvel al.
Vidit enim dñs afflictiōem israel
amarā nimis: ⁊ q̄ cōsumpti essent
vsq; ad clausos carcere ⁊ extremos ſvel nō.
⁊ nō essę qui auxiliarē israel. Nec
locutus est dñs vt deleret nomen
israel de sub cęlo: sed salvabit eos
in manu hieroboam filij ioas. Re
liqua aūt sermonum hieroboam ⁊
vniversa quę fecit ⁊ fortitudo eius
qua pręliatus ē et quō restituit da
mascum ⁊ emath iudę in israel: nō
ne hęc scripta sūt i libro sermonū
dierū regū israel? Dormivitq; hie-
roboam cū patribus suis regibus
israel: et regnavit zacharias filius
eius pro eo.

C. XV.

Anno vicesi
moseptimo hierobo
am regis israel: regnavit azarias
filius amasię regis iudę. Sedecim

¶ Ipse restituit ter. ii. ab introi. Re
De hieroboam dicit.
Ipse restituit terminos
israł ab introitu emath
vsq; ad mare solitudi
nis. Emath quę nunc
epiphania dicit sept̄
trionalis erat termin⁹
israel. Mare autē soli
tudinis mare mortuū
est qđ in latitudine p
stadia. dlxx. vsq; ad
xxaros arabię in lon
gitudie. cl. vsq; ad vi
cinia sodomor̄ pgre
dit. Igitur hieroboā
castrametatus contra
syros omnē eor̄ pvin
ciam sicut ionas ppha
verat devastavit

¶ Que est ophel
Ophel turris erat nō
longe a templo enormis
magnitudinis ⁊ altitu
dinis. vnde ophel di-
citur i tenebrarū. siue
nubea. eo q̄ vsq; ad
nubes caput erigat. q̄
in zacharia turris ne-
bulosa vocatur.

C. XV.

¶ Azarias. Rab.
Ipse est ozias qui dū
sacrificare in templo vel
let cōtra legem moysi
percussus est lepra. hic
dyabolum significat.
cui lepra iniquitatis in-
sanabilis est. qui cū ma
iora se appeteret. fędi
tate pessimę lepę no
tabilis effectus. de do
mo ejectus est. ⁊ plene
rat vsq; in finem lepro
sus separatus a populo

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

dei: hoc regnāte ysai
as ꝓpheta oculos ad
celum nō leuauit· nō
fūt ei reserata celestia
sed postq̄ mortuus ē
Dum pharao uinit
ꝑ israel ꝛ luti ꝛ pa
learū ope nō suspira
uit ad dēū: ꝓ ꝑ pha
raonis mortē ascēdit
clamor eoꝝ ad dūm
Si ergo intelligas i
oxia ꝛ pharaone cō
trariaꝫ fortitudiē: ui
debis q̄o illiꝰ uiuēti
bus nullꝰ nostrorum
uideat ꝛ suspiret Re
gnāte peccato ꝙgipci
is etruimꝰ ciuitates
uersamur ī sordibus
Ozias ędificauit por
tā uallis quę supius
porta ephraim dicit

anno xv erat cū regnare cępisset:
ꝛ quinquagīta duobꝰ ānis regna
uit in hierusalem. Nomē matris
eius iecelia de hierusalē. Fecitq̄
qđ erat placitum coram dño iuxta
omnia quę fecit amasias pr̄ eius.
uerūtamen excelsa nō est demoli
tus. Adhuc populus sacrificabat
ꝛ adolebat incensum in excelsis.
Percussit autē dominus regē: ꝛ
fuit leprosus usq̄ in diē mortis
suę: ꝛ habitabat ī domo libera
ſ azarie
tor sum. Joathan uero filius regis
gubernabat palatiū: ꝛ iudicabat
populū terrę. Reliqua aūt sermo
nū azarie ꝛ uniuersa q̄ fecit: non
ne hęc scripta sunt in libro uerbo
rū dierū regum iudā? Et dormiuit
azarias cū patribus suis: sepęlie
runtq̄ eū cū maioribus sus ī ciui
tate dauid· ꝛ regnauit ioathan fi
lius eius pro eo. Anno tricesimo
octauo azarię regis iudę· ꝛgnauit
zacharias filiꝰ hieroboā sup̄ isra
el ī samaria sex mensibus· ꝛ fecit
qđ malū ē coram dño: sicut fecerant
patres eius. Non recessit a pecca
tis hieroboā filij nabath q̄ pecca
re fecit israel. Cōiurauit autem cō
tra eum sellum filius iabes: per
cussitq̄ eū palā ꝛ interfecit: regna
uitq̄ pro eo. Reliqua aūt verbo
rum zacharię· nonne hęc scripta
sunt ī libro ꝭmonū regū israel? Iste
ē sermo dñi quē locutus ē ad hieu
dicens. Filij tui usq̄ ad quartam
generatōnē sedebunt de te super
thronum israel. Factūq̄ ē ita. Sel
lum filius iabes regnauit tricesi
monono ano azarię regis iude re
gnauit aūt uno mēse ī samaria. Et
ascēdit manaen filiꝰ gaddi ꝺ ther
sa. ueitq̄ in samariā: ꝛ percussit sel
lū filiū iabes ī samaria: ꝛ interfecit
eū: regnauitq̄ pro eo. Reliq̄ autē
uerborum sellum et coniuratio
eius per quā tetendit insidias· nō
ne hec scripta sunt in libro sermo
nū dierū regū israel? Tūc percussit
manahen thapsam. ꝛ omnes qui
erant in ea: ꝛ termios eius ꝺ ther
sa. Noluerant eī apire ei. Et iter
fecit oēs p̄gnantes eius: ꝛ scidit
eas. Anno tricesimo nono azarię
regis iuda regnauit manahen fi
lius gaddi sup israel decē ānis ī sa
maria: fecitq̄ qđ malum erat coram
domino. non recessit a peccatis
hieroboam filij nabath: q̄ peccare
fecit israel cūctis diebus eius. Ue
lij cebethamus: centum trigintaduo. filij cre
arpatros: qui enocadies ꝛ modie: quadrin
genti vigintitres. Qui er gramas et gabea:
centum vigintivnus. Qui er besselon et ceag
ge: seragintaquinq̄. Qui er bastaro: centuz
vigintiduo· Qui er bechenobes: quinquagi
taquinq̄· filij liptis: cētumquiquagintaquin
q̄· filij labonni: trecenti quinq̄gintaseptem:
filij sichem: trecēti septuagita· filij suadon et
clionius: trecēti septuagitaocto· filij ericus:
duomilia centum quadragiūtaq̄nq̄· filij ana
as: trecēti septuagita. Sacerdotes· filij edd⁹
filij cuther· filij beliasib: trecēti septuaginta
duo· filij emerus: ducēti q̄nquagintaduo· fi
lij fasurij: trecēti q̄nquagintaseptem· filij ca
reꝫ: ducēti vigintiseptem. Leuite: filij hiesu i
cadubel: ꝛ banis: et serebias et edias: septua
gintaq̄tuoꝛ. Omnis numerus a duodecimo
āno: trigintamilia q̄drigēti seragitaduo· filij
et filiꝫ ꝛ vxores· omis computatio q̄dragita
milia ducēti quadragintaduo· filij sacerdoiū

qui psallebant in templo·filij asaph:centū vi
gintiocto. Ostiarij vero·filij asmenni:filij a
zer:filij amō:filij accuba:topa:filij tobi :om
nes centū trigintanouē. Sacerdotes seruiē
tes in tēplo. Filij sel:filij gaspha:filij tobloch
filij carię:filii su·filij hellu:filij labana:filij ar
macha:filij accub:filij vtha·filij cetha:filij ag
gab:filij obai:filij anani:filij canna: filij ged
du :filij an:filij radin:filij desanō·filij necho
ba:filij caseba·filij gaze:filij ozui:filij smone·
filij atrę:filij hastem:filij asiana:filij manei:
filij nasisim:filij accufu:filij agista :filij azui:
filij fauon:filij fasalon·filij meedda:filij fusa
filij careę·filij barcus:filij sareę:filij coeli: fi
lij nasith.filij agisti: filii pedon :salomon filii
eius:filij asophor: filij phacida : filij celi ·filij
dedon·filii gaddabel:filii sephegi:filii aggia
filii sachareth:filii sabathen:filii caroneth: fi
lii malsieb:filii ame·filii sasus: filii addus·fi
lii suba:filii cura·filii rahotis:filij phasphat:
filii malmon. Omnes sacro seruientes z pue
ri salomonis :quadringenti octogintaduo :
Hi sunt filii qui ascenderūt a chermel z ther
sa·principes eorum:carmellā z careth :et nō
poterant edicere ciuitates suas et progenies
quēadmodū sint ex israel:filii dalari·filii thu
bal·filii nechodatici ex sacerdotibus qui fun
gebātur sacerdotio et nō sunt inuēti. filii obia·
filii achisos. filii addin:qui accepit vxorē ex
filiabus phargelei:et vocati sunt noīe eius.
Et horum quęsita ē generis scripta ipedimen
ta z non est inuenta:z prohibiti sunt sacerdo
tio fungi. Et dixit ill'neemias :z astharas ne
participentur sancta:donec exurgat pontifex
doctus in ostensionē z veritatem. Omnis au
tez israel erat:exceptis seruis et ancillis:qua
dragintaduomilia trecēti quadraginta. Ser
ui horum et ancille:septem milia trecenti tri
gintaseptem :cantores z cantatrices ducenti
seragintaquinq. Cameli:quadringenti trigi
taquinq. Equi:septem milia trigintasex. Mu
li:ducenta milia quadragintaquinq. Sub
iugalia:quinq milia viginticinq. Et de pre
positis ipsis per pagos·duz venirent in tem
plum dei quod erat in hierusalem :innouare
z suscitare templū in loco suo sēm suā virtu
tem:et dari in templuz thesaurū operū sacz
auri minas duodeci milia· et stolas sacerdo
tales centum . Et habitauerūt sacerdotes z
leuitę:z qui exierant de plebe in hierusalē et
in regione·z sacri cantores et ostiarii: z om
nis israel in regionibus suis· Instante autē
septimo mense.cūq essent filii israel vnusqs
q in suis rebus:cōuenerūt vnanimes i atri
um quod erat añ ianuā orientalē. Et stantes
iesus filiꝰ iosedech·z fratres eius sacerdo
tes:z zorobabel filius salathiel z huius fra
tres:pauerūt altare:vt offerrēt sup illud ho
locaustomata sēm qꝑ in libro moysi homis
dei scripta sunt. Et cōuenerūt ibi ex aliis na
tionibus terrę·et exerexerūt sacrarium in loco
suo oīes gentes terrę:z offerebāt hostias z
holocaustomata dño matutina . Et egerunt
scenophegiam:z diē solennē sicut pręceptū
est in lege · z sacrificia quotidie sicut oporte
bat :z post hęc oblatiōnes institutas: z hosti
as sabbatorū:z neomeniarū:z dierū solēni
um oim sanctificatorum. Et quotquot vou
bant dño a neomenia septimi mensis :cepe
runt hostias offerre deo·z templū nondum
erat edificatuz. Et dederūt pecuniā lapidari
is z fabris:z potum z pabula cū gaudio. Et
dederunt carra sydonis et tiriis·vt transue
herēt ill'de libano trabes cedrinas z facerēt
rates in ioppe portum:sēm decretū qꝺ scri
ptum erat eis a cyro rege persarum . Et in se
cundo anno venientes in templum dei i hie
rusalem ·mense secundo inchoauit zorobа
bel filius salathiel:z iesus filius iosedech.
et fratres ipsorū z sacerdotes z leuitę·et oēs
qui venerant de captiuitate in hierusalez :et
fundauerunt templū dei:nouilunio secundi
mensis secundi anni:cum venissent in iudeā
z hierusalem· Et statuerunt leuitas a vigin
ti ānis super opa domini. Et stetit iesus et
filius eius z fratres:omnes leuitę: conspirā
tes et executores legis ·facientes opera i do
mo domini. Et steterunt sacerdotes haben
tes stolas cum tubis .z leuitę filii asaph ha
bentes cymbala·collaudantes dñm :z bene
dicentes sm dauid regez israel. Et cantabāt
cauticum domino:quoniaz dulcedo eius et
honor in secula super omnē israel. Et omnis
populus tuba cecinerunt: z proclamauerūt
voce magna:collaudantes dñm in suscitatō
ne domus domini. Et venerunt ex sacerdoti
bus z leuitis z presidentibus sm pagos senio
ribus qui viderāt pristinam domū·z ad hu
ius ędificatōnem cuz clamore z planctu ma
gno·z multi cum tubis et gaudio magno :in
tantum vt populus nō audiret tubas propt
planctum populi. turba eñ erat tubis canēs
magnifice·ita vt longe audiref. Et audierūt
inimici tribus iudę z beniamin ·z venerunt
scire quę esset vox tubarū· Et cognouerunt :
qm qui erāt ex captiuitate edificāt templum
dño deo israel. Et accedētes ad zorobabel et
iesum et prepositos pagorum. dixerūt eis:
Edificabimus vna vobiscū . Similr eñ au
diuimus dñm nr̄m. et ipi pariter incedimus
a diebus asbasareth regis assiriorum·q trās
migrauit nos huc. Et dixit illis zorobabel.z
iesus z principes pagorū israel. Non ē no
bis z vobis edificare domum dei nr̄i. Nos
enim soli edificabimus dño deo israel: sm ea
que precepit nobis cyrus rex persarum. Hē
tes autē terre incubates his qui sunt in iu
dea.et leuātes opus edificatōnis:z in sidias
et populos adducentes· prohibebant eos
edificare:z aggressuras exercentes impedie
runt ne cōsummaref edificium omni tempo
re vitę cyri regis·et protraxerūt structurā p
biennium vsq ad darij regnum. C. VI.

IN secundo autem anno
regni darii prophetauit aggeus z zacharias

c

filius addin prophetę apud iudęam ⁊ hieru salem: in nomine dei israel super eos. Tunc stans zorobabel filius salathiel ⁊ hiesus filius iosedech: inchoauerunt ędificare domuꝫ domini quę est in hierusalē: cum adessent eis prophetę dñi et adiuuarent eos. In ipso tẽpore venit ad illos sysennes subregulus syrię ⁊ phenicis ⁊ satrabuzanes ⁊ sodales eiꝰ ⁊ direrunt eis: Quo precipiente vobis domuꝫ hanc ędificare ⁊ tectū istud ⁊ alia oīa perficitis? Et qui sunt structores qui hęc ędificant? Et habuerunt gratiā visi- ōne facta super eos qui erāt ex captiuitate a dño seniores iudęorū ⁊ nō sunt impediti ędificare donec significaretur dario de oibus istis ⁊ responsum acciperetur. Exemplū epistolę quā miserūt dario. Sysennes subregulus syrię ⁊ phenicis ⁊ satrabuzanes ⁊ sodales eius: i syria ⁊ phęnice presides regi dario salutē. Omnia nota sint dño regi ꝙ cum aduenissemus in regionem iudeę ⁊ introissemus in hierusalē inuenimus ędificantes domuꝫ dei magnā ⁊ templū ex lapidibus politis ⁊ magnis et preciosis materijs i parietibus ⁊ opera illa instāter fieri ⁊ suffragare ⁊ prosperare i manibus eorum ⁊ in oīi gloria ꝯ diligentissime perfici. Tunc interrogauimus seniores dicentes. Quo permittere vobis ędificatis domum istā ⁊ opera hęc fundatis. Ideo aūt interrogauimus vt notū faceremus tibi homines ⁊ ꝓpositos ⁊ noim scripturā ꝓpositorū postulauimus illos. Et illi respōderūt nobis dicentes. Nos sumus serui dñi qui fecit cęlū ⁊ terrā ⁊ ędificabaī hęc domus ante ānos istos multos a rege israel magno ⁊ fortissimo ⁊ consummata ē. Et qm̄ pcēs nostri exacerbātes erāt ⁊ peccauerunt in deū israel: tradidit eos in manus nabuchodonosor regis babilonię regis chaldęoꝝ ⁊ domū istaꝫ demolientes incenderūt ⁊ populū captiuuꝫ duxerunt in babilonē. In primo āno regnāte cyro rege babilonię scripsit cyrus rex domū hanc ędificare ⁊ illa sacra vasa aurea et argętea quę abstulerat nabuchodonosor de domo quę est in hierusalē ⁊ cōsecrauerat ea in suo templo rursus protulit ea cyrus rex ꝺ tẽplo qꝺ erat in babilonia ⁊ tradita sunt zorobabel ⁊ salmanasaro subregulo Et ꝓceptū ē eis vt offerrēt hęc vasa: ⁊ reponerēt in templo qꝺ erat i hierusalē ⁊ ipsum tẽplū dei ędificare i loco suo. Tūc salmanasarus subiecit fundamēta domus dñi ꝙ ē in hierusalem et exinde vsq nūc ędificatur et nō accepit consummatōnē. Nūc ergo si iudicatur a te o rex perquiratur i regalibus bibliothecis cyri regis quę sunt in babilonia: ⁊ si iuentū fuerit cōsilio cyri regis ceptam esse structuram domus dñi ꝙ ē i hierusalē ⁊ iudicatur a dño rege nostro: scribat de his nobis. Tūc darius rex ꝓcepit inquiri in bibliothecis ⁊ iuētus ē in egbathanis oppido qꝺ est in media regione locus vnus i quo scripta erāt ista. Anno primo regnāte cyro rex cyr? ꝓcepit domum domini quę est in hierusalē ędificare. vbi incendebāt igni assiduo cuius altitudo sit cubitorū decē: ⁊ latitudo cubitorū seraginta: ex dratū lapidibus politis tribus ⁊ meniano ligneo eiusdē regionis: ⁊ meniano vno nouo: ⁊ impendia dari de domo cyri regis: ⁊ sacra vasa domus dñi tā aurea ꝙ argętea quę extulit nabuchodonosor i domū domini quę ē i hierusalē vbi erāt posita vt ponātur illic. Et pręcepit curā agere sysennem subregulum syrię ⁊ phenicis ⁊ satrabuzanē ⁊ sodales eius ⁊ qui ordinati erāt in syria ⁊ phenice ꝓsides vt abstinerent se ab eodem loco. Et ego quo ꝙ precepi in totū edificare: ⁊ prosperi vt adiuuet eos ꝙ sunt ex captiuitate iudeorum donec ꝓsumeretur templū edis dñi: ⁊ a veratōe tributorū celesyrie ⁊ phenicis: diligēter quā titatem dari his hominibus ad sacrificium dñi zorobabel ꝓfecto ad thauros ⁊ arietes ⁊ agnos: similiter aūt ⁊ frumentū ⁊ sal ⁊ vinū et oleū instanter per singulos annos: prout sacerdotes qui sunt i hierusalem dictauerit consumi quotidie sine vlla dilatōne: vt offerantur libatōnes summo deo pro rege ⁊ pueris eius: ⁊ orent pro ipsorū vita. Et denuncietur: vt ꝙcunq trāsgressi fuerint aliꝙd ex his ꝙ scripta sunt aut spreuerit: accipiatur lignū de suis prorijs ⁊ suspendātur: ⁊ bona ipsorū regi ascribantur. Propterea ⁊ dñs cuius nomē inuocatū est ibi: extermiet oēs regē et gentes qui manū suā extenderit, phibere: aut male tractare domū domini illā ꝙ est i hierusalem. Ego darius rex decreui ꝙ diligentissime fm hec fieri: C. VII.

Tunc sysennes subregulus celesyrie et phęnicis ⁊ satrabuzanes et sodales obsecuti his ꝙ a dario rege erant decreta. ⁊ sistebant sacrosanctis opibus diligentissime coopantes cum senioribus iudęorū principibus syrię ⁊ prosperata sunt sacrosancta opera: prophetantibus aggeo ⁊ zacharia prophetis. Et consummauerūt oia p ꝓceptuꝫ domini dei israel ⁊ ex concilio cyri et darij ⁊ artarxersis regis pſarū. Et cōsummata ē domꝰ nostra vsq ad terciā et vicesimā diez mensis adar xerto anno darij regis. Et fecerunt filij israel ⁊ sacerdotes ⁊ leuitę ⁊ ceteri qui erāt ex captiuitate qui appositi sunt: fm ea quę scripta sunt in libro moysi. Et obtulerūt in dedicatōnem templi domini thauros centū arietes ducentos agnos quadringētos ⁊ hedos pro peccatis vniuersi israel duodecim fm numerū tribuū isrl. Et steterunt sacerdotes ⁊ leuitę amicti stolis per tribus sup opa domini dei israel fm libruꝫ moysi: ⁊ ostiarij p singulas ianuas. Et egerunt filij israel cū his qui erant ex captiuitate illud phase quartadecia luna mēs primi: quādo sanctificati sunt sacerdotes ⁊ leuitę. Oēs filij captiuitatis non sunt simul sanctificati: qz leuitę oēs simul sanctificati sūt. Et imolauerūt phase vniuersi

filij captiuitatis·z fratribus suis sacerdotibus et sibimetipsis. Et mãducauerũt filij israbel qui erant ex captiuitate oẽs qui remanserant ab oĩbus execratõnibus gentiũ terrę quęrentes dñm·z celebrauerũt diem festum azymorũ septem diebus epulãtes in conspectu domini·qm̃ ꝓuertit cõciliũ regis assiriorum in eos: cõfortare manus eorũ ad opera domini dei israel. C. VIII.

Et post hũc regnã te artarrerse persarum rege ac cessit esdras filius azarię·filij helchię·filij solome·filij sadoch filij achitob·filij ameri·filij azabel·filij boci·filij abisue·filij phinees·filij eleazari·filij aaron primi sacerdotis·hic esdras ascẽdit de babilonia cũ esset scriba·z ingeniosus in lege moysi quę data est a dño israel docere et facere. Et dedit ei rex gloriã ꝙ inuenit grã tiam in omni dignitate z desiderio in cõspectu eius. Et ascenderunt simul cũ ipso ex filijs israel et sacerdotibus et leuitis z sacris cantoribus templi·z ostiarijs et seruis tẽpli in hierusalem Anno septimo regnante artarxerse in quinto mense: hic annus septimus ẽ regni: exeuntes de babilonia nouilunio dñi mensis venerunt hierosolimã iuxta ꝓceptũ illius: fm prosperitatem itineris a dño ipsoꝝ datã eis. Jn his eñ esdras magnã disciplinã obtinebat ne prętermitteret quicq̃ eorum quę essent ex lege domini et precepti z docendo vniuersum israel omnẽ iusticiam z iudiciũ. Accedentes aũt qui scribebãt scripta artarxersis regis·tradiderũt scripturꝫ qđ obuenerat ab artarxerse rege ad esdrã sacerdotem et lectorem legis dñi: cuius exemplũ subiectũ est. Rex artarxerses esdrę sacerdoti z lectori legis domini salutẽ. Numquid ego iudicauo in beneficijs ꝓcepi eis qui desiderant ex gente iudęorũ sua sponte·et ex sacerdotibus et leuitis qui sunt in regno meo: comitari tecũ in hierlem. Si qui ergo cupiunt ire tecum ꝙueniant et proficiscanť sicut p̃acuit mihi z septẽ amicis meis cõsiliarijs: vt visitent ea quę aguntꝰ fm iudęa z hierusalez· obseruantes sicut habes in lege dñi·et ferãt munera domio israel·q̃ vouit ego et aĩci hierusalem·z omne aurũ z argentũ qđ inuentuꝫ fuerit in regione babilonię·dño in hierusalẽ cũ illo qđ ẽ donatum pro ipa gẽte i tẽplo domini eorũ qđ ẽ i hierusalẽ: vt colligatur hoc aurũ z argẽtũ ad thauros et arietes z agnos et hedos·z quę his sunt cõgruentia: vt offerant hostias domio super altare dni ipoꝝ qđ ẽ in hierusalem. Et oĩa quęcũq̃ volueris cũ patribus tuis facere auro et argento·perfice pro volũtate tua·fm ꝓceptũ dni dei tui· z sacrosancta vasa q̃ data sunt tibi ad opera domus domini tui quę est in hierusalẽ: z cętera quęcũq̃ tibi subuenerint ad opera tẽpli dei tui·dabis de regali gazophilatio cuꝫ voluĕris cũ fratribus tuis facere auro z argento perfice fm volũtatẽ dni. Et ego quidẽ rex artarxerses ꝓcepi custodibus thesaurorũ syrię z phęnicis: vt q̃cũq̃ scripserit esdras sacerdos z lector legis domini·diligenter detur ei vsq̃ ad argenti talenta cẽtũ·similiter z auri·z vsq̃ ad frumenti modios cẽtũ·z vini amphoras centũ·z alia quecũq̃ abundant sine taratõne. Omnia fm legem dei fiant deo altissimo: ne forte exurgat ira in regno regis: z filij et filiorũ eius. Vobis aũt dr vt omĩbus sacerdotibus z leuitis z sacris cãtoribus et seruis templi z scribis templi huius nullus tributũ neq̃ vlla alia indictio irrogetur. nec habeat quisq̃ potestatẽ obijcere eis quicq̃. Tu aũt esdra fm sapiam dei ꝓstitue iudices z arbitros i tota syria z phenice·z omes qui legẽ dei tui ñ nouerit doce: vt quotquot trãsgressi fuerint legẽ·diligenter plectãtur·siue morte siue cruciatu: siue etiam pecunie mulctatõne vel abductõe. Et dixit esdras scriba Benedict⁹ domi⁹ patrũ nostrorũ qui dedit hanc voluntatẽ i cor regis clarificare domũ suam q̃ est in hierusalem: z me honorificauit in cõspectu regis z cõsiliariorũ z amicorũ ei⁹ et purpuratorũ eius: z ego ꝓstãs aio factus sum fm opitulatõnem domini dei mei. Et cõgregaui ex israel viros: vt simul ascenderent mecũ. Et hi sunt ꝓpositi fm suas patrias et principatus porrõnales eorũ q̃ mecũ ascenderunt ꝺ babilonia in regno artarxersis. Ex filijs phares: gersomus. Ex filijs siemarith: amenus. Filiorũ dauid: accus filius sceclie Ex filijs phares: zacharias·z cuꝫ eo reuersi sunt viri centũ quinquaginta. Ex filijs ductoris moabilionis zarael: z cuꝫ ipo viri ducenti quinquaginta. Ex filijs zacues: iechonias: zechoeli: z cũ ipso viri ducenti quiquaginta. Ex filijs sala: maasias gorbolie: z cum ipo viri septuagita. Ex filijs saphatie: zarias michaeli: z cum ipso viri octoginta. Ex filijs iob: abdias iebeli·z cũ ipso viri ducẽti duodecim. Ex filijs banie salimoth filⁱ iosaphie· z cũ ipo viri centũ seraginta. Ex filijs beer: zacharias bebei·z cũ ipo viri ducenti octo. Ex filijs ezead: iohannes azecban·z cũ ipso viri centũ decem. Ex filijs adonichã ipsi postremis·z hec sunt noia eorũ· eliaphalã filⁱ gebel z semeias: z cũ ipso viri septuaginta. Et congregaui eos ad fluniũ qui dicit thia· Et metati illic fuimꝰ triduo·z recognoui eos Et ex filijs sacerdotũ z leuitarũ nõ inueni illic. Et misi ad eleazarũ z eccelom z masman z maloban z enaatha z samea z iozibuꝫ·nathan·enuagã·zachariã z mosollamuꝫ: ipsos ductores z peritos. Et dixi eis·vt venirẽt ad luddeum qui erat apud locum gazophilatij. Et mandaui eis vt dicerent luddeo z fratribus eius z illis qui erant in gazophilatio: vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo domini dei nostri. Et adduxerunt nobis fm manũ validam domini dei nostri viros peritos. Ex filijs mooli: filij leui: filij israel: sebebian: et filios et fratres qui

erant decem ⁊ octo·asbiam et amin· ex filijs filiozum chananei·⁊ filij eozum· viri viginti. Et ex his qui in tẽplo seruiebant quos dedit dauid·⁊ ipsi principes ad operatõnem leuitis templo seruientiũ: ducẽti viginti. Omia nõia significata sunt in scripturis. Et voui illic ieiunũ iuuenibus in conspectu domini: vt quẽrerem ab eo bonum iter nobis ⁊ ꝙ nobiscũ erant ⁊ filijs ⁊ pecoribus ꝓpter insidias. Erubui enim petere a rege pedites et equites in comitatu tutelę gratia ꝓtra aduersarios nostros. Dixim⁹ enim regi: quonia3 virtas domini erit cũ eis· qui inquirũt eum in omni affectu. Et iterum deprẽcati sumus dñm deum nostrum ꝑ hęc· quem et propiciũ habuimus ⁊ compotes facti sumus deo nostro. Et segregaui ex plebis prępositis·⁊ sacerdotibus templi viros duodecim·⁊ sedebant ⁊ asannan·⁊ cum eis ex fratribus eozũ viros decem. Et appendi eis aurũ et argentũ ⁊ vasa sacerdotalia dom⁹ dei nostri quę donauerat rex et consiliarij eius ⁊ principes et oĩs israel. Et cum appendissem tradidi argẽti talenta centum quinquaginta· et vasa argẽrea talentoz⁹ centum·⁊ auri talenta centu3·⁊ vasozum aureozum septies viginti· et vasa ęrea de bono ęramento splendentia duodecim·auri speciem reddentia. Et dixi eis: et vos sancti estis dño·⁊ vasa sunt sancta·et aurum et argentum votum est domino deo patrum nostrozum. Vigilate et custodite donec tradatis ex plebis prępositis ⁊ sacerdotibus et leuitis ⁊ principibus ciuitatum israhel in hierusalem in pastofozio domus dei nostri. Et hi qui susceperunt sacerdotes et leuitę·aurum ⁊ argentum et vasa·intulerũt in hierusalẽ in templũ dñi. Et promouimus a a fluuio thia die duodecima mensis primi: vsqꝫquo introiuimus in hierusalem. Et cum factus fuisset tercio⁹ dies: quarta aũt die pẽderatum aurum et argentum traditũ est i domo dñi dei nostri marimoth filio iozi sacerdoti·⁊ cum ipso erat eleazar filius phineces· ⁊ erant cũ ipsis iosadus filius hiesu ⁊ mechias et banni filius leuitę: ad numerũ ⁊ ad põdus vniuersa. Et scriptũ est pondus ipsozu3 eadem hora. Qui aũt venerunt ex captiuitate: obtulerunt sacrificium domio deo israel· thauros duodecim pro omni israbel· arietes octoginta sex· agnos septuagintaduos· hircos pro peccato duodeci·⁊ pro salute vaccas duodecim: omnia in sacrificium domini Et relegerũt prȩcepta regis regalibus dispẽsatoribus ⁊ subregulis celesirię ⁊ phenicis· ⁊ honorificauerunt gentes ⁊ templũ dñi. Et cõsummatis his accesserunt ad me ꝓpositi· dicentes. Non segregauerũt genus israel et principes ⁊ sacerdotes ⁊ leuitę ⁊ alienigenę gentes·⁊ natõnes terrę immunditias suas: a chananęis ⁊ ethęis et pherezęis ⁊ iebusęis ⁊ moabitis ⁊ egiptijs ⁊ idumeis. Coniuncti ẽm sunt filiabus eozũ ⁊ ipsi ⁊ filij eozũ·⁊ mixtum est semen sanctũ alienigenis gentibus terrę·⁊ participes erãt ꝓpositi ⁊ magistratus iniq̃tatis eius ab inicio ipsius regni. Et mor vt audiui ista·conscidi vestimenta ⁊ sacram tunicam·⁊ lacerãs capillos capitis ⁊ barbã· sedi dolẽs ⁊ mestus. Et cõuenerũt quotquot tũc mouebantur in verbo domini dei israel ad me lugentem sup iniquitatem istaz. Et sedebam tristis vsqꝫ ad vespertinuz sacrificiũ. Et surgens a ieiunio ꝙscissa habẽs vestimenta·⁊ sacram tunicam: ingeniculãs·⁊ extẽdẽs manus ad dñm dicebam: Domine confusus sum·⁊ reueritus sum ante faciem tuam. Dece cata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra: ⁊ iniquitates nostrę exaltatę sunt vsqꝫ ad celum: quoniam a tẽpozibus patrũ nozũ sumus in magno peccato vsqꝫ ad diẽ hunc. Et propter peccata nostra ⁊ patrũ nostrozũ sumus traditi cũ fratribus nostris·et cum sacerdotibus nostris· regibus terrę in gladium ⁊ captiuitatem ⁊ depdatõnez cũ cõfusione: vsqꝫ in hodiernũ diem. Et nũc quantum est ꝙ contigit nobis misericordia absẽte domine deus·⁊ relinque nobis radicem ⁊ nomẽ in locũ sanctificatõis tuę detegere luminare nostrum in domo domini dei nostri: dare nobis cibũ in omni tempore seruitutis nostrę. Et cũ seruiremus nõ fuimus derelicti a dño deo nostro: sed cõstituit nos in gratia ponens nobis reges persaꝝ dare cibu3· ⁊ clarificare templũ domini dei nostri·⁊ ędificare deserta syon: dare nobis stabilitatem i iudea ⁊ hierusalẽ. Et nũc quid dicimus dñe habentes hęc? Transgressi ẽm sumus prȩcepta tua: que dedisti in manus puerozu3 tuorum prophetarũ dicens: Dñs terra in qua i troistis possidere hereditatẽ eius·terra polluta est coinquinatõnibus alienigenarũ terre: ⁊ immũdicie illozũ repleuerũt eam totam ĩmundicia sua. Et nũc filias vestras nõ coniungetis filijs eozũ·⁊ filias eozũ nõ accipietis filijs vestris·⁊ non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore: vt inualescentes manducetis optima terre·⁊ hereditatem distribuatis filijs vestris vsqꝫ in euu3. Et ꝙ contingunt nobis oĩa fiũt ꝓpter opera nostra maligna·⁊ magna peccata nostra. Et desisti nobis talẽ radicẽ·⁊ rursu3 reuersi sum⁹ transgredi legitima tua: vti commiscerem⁹ immũdicie alienigenarũ gentiũ terre huius Nõne irascaris nobis perdere nos·quoad vsqꝫ non relinquatur radix ⁊ nomẽ nostrũ? Dñe deus israel verax es. Dereliqta ẽ ẽm radix vsqꝫ in hodiernum diem. Ecce nũc sum⁹ in cõspectu tuo in iniquitatibus nostris. Nõ est enim adhuc stare ante te i bis. Et cũ adorando ꝙsitere⁊ esdras flẽs humi prostratus añ tẽplũ: cõgregati sunt añ eũ ex hierusalem turba magna valde· viri et mulieres et iuuenes ⁊ iuuenculę. Flebat ẽm erat magnus i ipsa multitudine. Et cũ clamasset iechonias iebeli ex filijs israel· dixit esdrę. Nos in dñm peccauimus ꝙ collocauimus nobis i matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus

terre. Et nunc es super omnē israel. In his ergo sit iusiurandum a dño expellere omes vxores nostras q̄ er alienigenis sunt cum filijs earū. Sicut tibi decretū est a maioribus ꝟm legem dñi exurgens explica ad te em̄ spectat negociū tuū nos tecū sumus. Viriliter fac Et exurgēs esdras adiurauit principes sacerdotū tuū et leuitas et omē israel facere ꝟm hęc: et iurauerunt. C. IX.

Et exurgens esdras ab ante atriū templi abijt i pastoforium ionathę filij nasabi. et hospitatus illic non gustauit panē nec aquam bibit: super iniquitatem multitudinis. Et facta est p̄dicatō in omni iudea et in hierusalez omnibus qui erāt ex captiuitate in hierusalem congregati: vt quicūq; nō occurrerit biduo vel triduo diei ꝟm iudiciū assidentium seniorum tollerentur facultates suę et ipe alienus iudicaretur a multitudie captiuitatis. Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu iuda et beniamin in tribus diebus i hierusalem. Dic mensis ē nonus dies mēsis vicesimus. Et sedit omnis multitudo in area templi trementes ꝓpter hiemē p̄sentem. Et exurgens esdras dixit illis. Vos iniquefecistis collocādo vobis i matrimoniū vxores alienigenas: vt adderetis ad peccata israel. Et nūc date confessiōz et magnificētiā dño do p̄m nr̄oz et pficite voluntatē ip̄i. et discedite a gentibus terrę et ab vxoribus alienigenis. Et clamauit omnis multitudo et dixerunt voce magna: Sicut dixisti faciemus. Sz qm̄ multitudo magna est et tempus hybernum et nō possumus insubsidiati stare et hoc opus non est nobis vnius diei neq; biduī multū em̄ in his peccauimus: stent p̄positi multitudinis et omes qui nobiscū habitant et quotquot habent vxores apud se alienigenas et assistant accepto tēpore ex omni loco presbiteri et iudices: vsq;quo soluat iram domini negocij huius. Jonathas aūt filius ezeli et ozias tecbam susceperunt scōm hęc et bozosamus et leuis et sabbatheus sunt cooperati sunt cum illis. Et steterūt ꝟm hęc omia vniuersi qui erant ex captiuitate Et elegit sibi viros esdras sacerdos principes magnos de patribus cozū ꝟm nomina et conside rerunt nouilunio mensis decimi examinare negocium istud. Et determinatum est de viris qui habebāt vxores alienigenas vsq; ad nouenias primi mēsis et inuenti sunt ex sacerdotibus permixti qui habebant alienigenas vxores. Et filijs ihesu filij iosedech et fratribus eius maseas et eliezerus et iozibus et ioadeus et miserunt manus vt expellerent vxores suas et ad litandum i erozatōnē arietem p̄o ignorantia sua. Et ex filijs semmeri: maseas et esses et icelech azarias. Et ex filijs fosere: isomasias bismaenis et nathanae. iussio reddus et talsas. Et er leuitis: iozabdus et semeis et colnis et calitas et facetas et colaias et elionas. Et er sacris cantozibus: eliasib zaccarus. Et er ostiarijs: sallumus et tolbanes: Et er israel. er filijs fozos et remias et geddias et melchias et michelus et eleazarus et gēmebias et bānas. Et er filijs iolamā chamas et zacharias et iezrelus et ioddius et ēmoth et beliaf. Et er filijs zathoim: eliadas et liasumus zochias et larimoth et zabdis et tebędias. Et filijs zebes: iohannes et amanias et zabdias et emens. Et er filijs bāni: olamus et malluchus et ieddeus et iasub et asabus et hierimoth. Et er filijs addin: naathus et moosias et calcus et raanas maaseas mathathias et beseel et bōn et manasses. Et er filijs nuae: nonеas et afeas et melchias et samеas et symō beniamin et malchus et marras. Et er filijs asom: carianeus mathathias et bānus et eliphalach et manasses et semei. Et er filijs banni: bieremias et moadias et abram et iobel et baneas et pelias et ionas et marimoth et eliasib et mathaneus et eliasis et oziзas et dielus et semedius et sambzis iosephus Et er filijs nobei: idelus et mathathias et sabadus et zecheda sedmi et iessei bancas: Omnes isti cōiunxerunt sibi vxores alienigenas et diuiserunt eas cum filijs. Et ibabitauerūt sacerdotes et leuitę: et qui erant ex israel i hierusalez in tota vna regione: nouilunio mēsis septimi. Et erant filij israel in commoratiōibus suis. Et cōgregata est omnis multitudo simul in aream quę est ab oriēte portę sacrę. Et dixerunt esdrę pontifici et lectori vt afferrz legē moysi quę tradita ē a domio deo israel. Et attulit esdras pontifex legē omni multitudini cozum a viro vsq; ad mulierem et oibus sacerdotib: audire legez nouilunio mēsis septimi. Et legebat in area quę est ante sacraz portam templi a prima luce vsq; ad vesperam coram viris et mulieribus. Et dederūt omes senium ad legem. Et stetit esdras sacerdos et lector legis super ligneum tribunal quod fabricatū ē. Et steterūt ad eum mathathias et samus ananias azarias urias ezechias et balsamus ad dexteram et ad sinistram faldeus. misael: malachias abusthas sabus nabadias et zacharias. Et assumpsit esdras librū cozā omni multitudine: p̄sidebat em̄ in gloria i cōspectu omnium. Et cum absoluisset legē oēs erecti steterunt: et benedixit esdras dominum deū altissimum: deus sabaoth oipotentē. Et respondit ois populus amē. Et eleuatis sursum manibus: procidētes in terram adozauerunt dñm iesus et banaeus et sarebias et iaddimus et accubus et sabbatheus et calitbes et azarias et iozadus et anaaias et philias leuitę qui docebāt legem domini et p̄ferebāt singuli eos qui intelligebant lectiōnem. Et dixit atharathes esdrę pontifici et lectori et leuitis qui docebāt multitudinē dicens: Dies hic sanctus ē domino. Et omnes flebāt cum audissent legem. Et dixit esdras. digressi ergo manducate pinguissima quęq;

c 3

& bibite dulcissima quoq; et mittite munera his qui non habent. Sanctus est enim hic dies dñi & nolite mesti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et leuite denunciabāt in publico omnibus dicentes: Dies hic sanctus est Nolite mesti esse. Et abierunt oēs māducare et bibere & epulari & dari munera his qui nō habebāt vt epulentur. Magnifice enim sunt exaltati verbis quibus edocti sūt. Et congregati sunt vniuersi in hierusalem celebrare leticiam: secūm testamentum domini dei israbel.

Liber Esdre tercius explicit. Incipit liber Esdre quartus. Capitulum primum.

Liber esdre prophete secūdus filij sarei filij azarei filij elchie filij sadanie filij sadoch filij achitob filij achie filij phinees filij heli filij amerie filij asiel filij marimoth filij arna filij ozie filij bozith filij abiset filij phinees filij eleazar filij aaron ex tribu leui qui fuit captiuus in regione medorū i regno artarersis regis persarū. Et factū ē verbum domini ad me dicens: Vade & nūcia populo meo facinora ipsorum & filijs eorū iniquitates quas in me admiserūt: vt nuncient filiis filiorū quia peccata parentū ipsorū in illis creuerunt. Obliti enim mei sacrificauerūt dijs alienis. Nonne ego eduri eos de terra egipti: de domo seruitutis? Ipi aūt irritauerunt me & consilia mea spreuerūt. Tu aūt ē excute comā capitis tui & proijce oia mala super illos: qm̄ nō obedierūt legi meę. Populus aūt est indisciplinatus. Usq;quo eos sustinebo quibus tanta beneficia cōtuli? Reges multos propter eos subuerti: pharaonē cū pueris suis & omnē exercitū eius percussi. Omnes gentes a facie eorū perdidi & in oriente prouinciarus duas populos tyri & sydonis dissipaui & oēs aduersarios eorū interfeci. Tu vero loquere ad eos dicens: Hęc dicit dominus. Nempe ergo vos per mare transmeaui & plateas vobis inicio munitas exhibui. Ducem vobis dedi moysen & aarō sacerdotem: lucem vobis p columnā ignis prēsti & magna mirabilia feci i vobis. Vos aūt ē mei obliti estis dicit dñs. Hęc dicit dominus omnipotens. Coturnix vobis in signo fuit: castra vobis ad tutelā dedi & illic murmurastis & non triūphastis i noīe meo de perditō ne inimicorum vestrorū. sed adhuc nūc vsq; murmurastis. Ubi sunt beneficia quę prēstiti vobis? Nonne i deserto cum esuriretis proclamastis ad me dicentes: vt quid nos i desertum istud adduristi iterficere nos? Melius nobis fuerat seruire egiptijs q̄s mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros. et dedi vobis manna in escam. Panem angelorum manducastis. Nonne cū sitiretis: petrā excidi & flurerūt aque i saturitate? Propter estus foliis arborū vos texi. Diuisi vobis terras pingues: chananęos & pherezęos. et philistinos a facie vestra proieci. Quid faciam vobis adhuc dicit dominus? Hęc dicit dominus omnipotens. In deserto cū esseris in flumine ammorreo sitientes & blasphemātes nomē meū non ignē vobis pro blasphemijs dedi: sed mittēs lignū in aquam. dulce feci flumen. Quid tibi faciā iacob? Noluisti obedire iuda. Trāsferam me ad alias gentes & dabo eis nomē meū: vt custodiant legitima mea. Quoniā me dereliquistis: & ego vos derelinquam. Parentibus vobis a me misericordiam nō miserebor: quando inuocabitis me ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine: & pedes vestri impigri sunt ad cōmittenda homicidia. Nō ḡst me dereliquistis: sed vosipsos dicit dominus: Hęc dicit dominus oipotēs. Nōne ego vos rogaui vt pater filios & mater filias & vt nutrirt paruulos suos: vt esseris mihi in populum & ego vobis in deū: & vos mihi i filios. & ego vobis i patrē? Ira vos collegi vt gallina pullos suos sub alas suas. Modo aūt quid faciā vobis? Proijciā vos a facie mea. Oblatōnem cū mihi attuleritis auertā faciē meam a vobis. Dies enim festos vestros et neomenia & circūcisiones repudiaui. Ego misi pueros meos prophetas ad vos quos accepistis interfecistis: & lamastis corpa eorū: quorum sanguinē exquiram dicit dominus. Hęc dicit dñs omnipotens. Dom⁹ vestra deserta est. Proijciā vos sicut ventus stipulam: & filij procreatōnē nō faciēt: quoniā mādatū meum neglexerunt & quod malū ē corā me fecerunt. Tradam domos vestras populo venienti qui me nō audiētes credūt. quib⁹ signa nō ostendi facient quę prędicepi. Prophetas nō viderunt & memorabuntur iniquitatū eorū. Testor populi veniētis gratiā cuius paruuli exultant cū leticia me nō vidētes oculis carnalibus. sed spiritu credētes quę dixi. Et nunc frater aspice quę gloria: & vide populū venientē ab oriēte: quibus dabo ducatum abraam ysaac & iacob & osee & amos & micheę & iohel & abdię & ionę & naum & abacbuc sophonię aggei zacharię & malachim: qui & angel⁹ domini vocatus est. C. II.

Hec dicit dominus Ego eduri populum istum de seruitute: quibus mandata dedi per pueros meos prophetas quos audire noluerūt sed irrita fecerūt mea cōsilia. Mater quę eos generauit dicit illis. Ite filij: quia ego vidua sum & derelicta. Educaui vos cū leticia & amisi vos cum luctu & tristicia: Quoniā peccastis coram domino deo vestro & quod malum ē coram eo fecistis. Modo aūt ē quid faciam vobis? Ego vidua sum & derelicta. Ite filij et petite a domino misericordiam. Ego autem te pater testē invoco super matrem filiorum q̄ noluerunt testa mētū meū seruare: vt des eis confusionē & matrē eorū in direptōnem: ne

gnatio eoꝝ fiat. Dispgant̃ n gētes noīa eoꝝ-
deleantur a terra: quoniā sprcuerunt sacra-
mentum meum. Ue tibi assur: qui abscondis
iniquos penes te. Mens mala memorare q̃d
fecerim sodomę ⁊ gomorrę quoꝝ terra iacet
in piceis glebis ⁊ aggeribus cinerum. Sic
dabo eos qui me nō audierunt-dicit domi?
omnipotens. Hęc dicit dominus ad esdrā.
Nuncia populo meo: quoniam dabo eis re
gnum hierusalem quod daturus eram israel
Et sumam mihi gloꝝam illoꝝum-⁊ dabo eis
tabernacula ęterna quę pręparaueram illis.
Lignum vitę erit illis in odore vngu nti-et
non laborabunt neq; fatigabuntur. Ite: et
accipietis. Rogate vobis dies paucos vt i
morentur. Jam paratum est vobis regnuꝫ.
Uigilate. Testare cęlum ⁊ terram. Contriui
enim malum et creaui bonū: quia viuo ego
dicit dominus. Mater amplectere filios tu
os: educa illos cum lętitia. Sicut columba
confirma pedes eoꝝm: quoniam te elegi di
cit dominus. Et resuscitabo mortuos de lo
cis suis-⁊ de monumētis educā illos: quo
niam cognoui nomen meum in israel. Noli
timere mater filioꝝ quoniā te elegi dicit do
minus. Mittam tibi adiutoꝝium pueros me
os ysaiam et hieremiam: ad quorum consili
lium sanctificaui ⁊ paraui tibi arboꝛes duo
decim-grauatas varijs fructibus-⁊ totidęꝫ
fontes fluentes lac ⁊ mel-⁊ montes immen
sos septem-habētes rosam et lilium-in qui
bus gaudio implebo filios tuos. Uidua iu
stifica-pupillo iudica-egenti da-orphanum
tuere-nudum vesti-cōfractum et debilem cu
ra-claudum irridere noli-tutare mancum-⁊
cecum ad visionē claritatis mee admitte. Se
nem ⁊ iuuenęꝫ intra muros tuos serua: moꝛ
tuos vbi inueneris signās cōmēda sepulcro-
⁊ dabo tibi primam cessionem in resurrectōe
mea. Pausa ⁊ quiesce populus meus: quia
veniet requies tua. Nutrit bona nutri filios
tuos: confirma pedes eoꝝm. Seruos quos
tibi dedi: nemo ex eis interiet. Ego enim eos
requiram de numero tuo-noli fatigari. Cum
cū venerit dies prępssurę ⁊ angustie: alij plo
rabunt ⁊ triste erunt: tu aūt hilaris ⁊ copio
sa eris-zelabūt gētes-⁊ nil aduersus te pote
runt dicit dominus. Manus mee tegēt te:
ne filij tui gehēnā videāt. Jocūdare mr cū fi
lijs tuis: qr ego te eripiā dr dns. Filios tuos
dormiētes mēorare-qm̃ ego eos educā de la
terib? trę-⁊ miam cum illis faciā: quoniam
misericors sum: dicit dominus omnipotens
Amplectere natos tuos vsq; dū venio ⁊ pre
stem illis misericoꝛdiam: quoniaꝫ eruberant
fontes mei-⁊ gratia mea non deficiet. Ego es
dras prręceptum accepi a domino in monte
oreb: vt irem ad israel. Ad quos cū venirem
reprobauerunt me-et respuerunt mandatū
domini. Jdeoq; vobis dico gentes: quę au
ditis et intelligitis. Expectate pastoꝛem ve
strum: requiē ęternitatis dabit vobis qm̃ i
proximo est ille qui in fine sęculi aduenict.
Parati estote ad p̄mia regni-quia lux ppe
tua lucebit vobis: per ęternitatem tempoꝛis
Fugite vmbrā sęculi huius. Accipite iocūdi
tatē glorię vestrę. Ego testoꝛ palā saluatoꝛeꝫ
meū: cōmēdatū donū accipite ⁊ iocūdamini
gratias agentes ei qui vos ad cęlestia regna
vocauit. Surgite ⁊ stare-⁊ videte numerum
signatoꝝm i cōuiuio domini. Qui se ꝺ vm
bra sęculi transtulerunt: splendidas tunicas
a domino acceperunt. Recipe syon numerū
tuum-⁊ conclude cādidatos tuos qui legeꝫ
domini cōpleuerunt. Filioꝝ ruoꝝ quos op
tabas plenus est numerus. Roga imperiuꝫ
domini: vt sanctificetur populus tuus q̃ vo
catus est ab inicio. Ego esdras vidi i monte
syon turbam magnam quā numerare nō po
tui: et omnes canticis collaudabant domi
nū. Et in medio eoꝝm erat iuuenis statura
celsus-eminētioꝛ o mnib? illis et singulis eo
rū capitibus impōebat coꝛonas-⁊ magis ex
altabatur. Ego aūt miraculo tenebar. Tunc
interrogaui angelū ⁊ dixi: Qui sunt hi dne?
Qui respōdens dixit mihi. Hi sūt qui moꝛ
talem tunicā deposuerunt-⁊ imoꝛtalem sum
pserunt-⁊ cōfessi sunt nomē dei. Modo co
ronantur ⁊ accipiūt palmas. Et dixi angelo.
Ille iuuenis quis est qui eis coꝛonas impo
nit ⁊ palmas in manus tradit? Et respōdens
dixit mihi. Ipse est filius dei: quem in sęculo
cōfessi sunt. Ego aūt magnificare eos cepi: q̃
fortiter pro nomine domini steterūt. Tūc di
xit mihi angelus. Vade annuncia populo
meo qualia ⁊ quanta mirabilia domini dei
vidisti.

C. III.

Anno tricesimo ru
inę ciuitatis ezā in babilone-⁊
cōturbatus sum super cubicu
lo meo recumbēs. Et cogitatōnes meę ascen
debant super coꝛ meū: quoniā vidi desertoꝫ
syon-⁊ abūdantiam eorum qui habitabāt in
babilone. Et vexatus ē spūs meus valde.
Et cepi loqui ad altissimum verba timoꝛata
⁊ dixi: O domiatoꝛ domine tu dixisti ab ini
cio quādo plantasti terrā-⁊ hoc solus-⁊ im
perasti populo-⁊ dedisti adam coꝛpus moꝛ
tuum-sed ⁊ ipm figmentū manuum tuarum
erat ⁊ insufflasti in eum spūm vitę-⁊ factus
est viuens coram te-⁊ induxisti eū in paradi
so quē plantauerat dextera tua anteq; terra
aduenteꝛeꝫ. Et huic mādasti diligere viā tuā
⁊ pteriuit eā-⁊ statim instituisti in eū moꝛtē
⁊ in natōibus eius-⁊ nate sunt gētes ⁊ trib?
⁊ populi ⁊ cognatōnes quarum non est nu
merus. Et ambulauit vnaquęq; gens in vo
lūtate sua-⁊ mira agebant coꝛaꝫ te ⁊ sperne
bant prępcta tua. Jterū aūt in tpe iduxisti di
luuiū super inhabitantes sęculū-⁊ perdidisti
eos. Et factuꝫ est in vnoquoq; coꝛ sicut ade
moꝛi: sic his diluuiū. Dereliquisti aūt vnū ex
his noe cū domo sua-⁊ ex eo iusti oīes. Et
factū ē cuꝫ cepissent multiplicari qui habita
bant super terrā-⁊ multiplicauerunt filios ⁊

populos ⁊ gentes multas ⁊ ceperūt iterato impietatez facere plus q̄ pziores. Et factus est cū iniquitatē facerent coꝝ te: elegisti tibi virū ex his cui nomē erat abraaz. Et dilexisti eum: et demōstrasti ei soli voluntatem tuaz. Et dispositisti ei testamentū ꝛternuz ⁊ diristi ei vt non unq̄ derelinqueres semē eius. Et dedisti ei ysaac ⁊ ysaac dedisti iacob ⁊ esau. Et segregasti tibi iacob: esau aūt separasti. Et factus est iacob in multitudine magna. Et factum est cum educeres semē eius ex egipto: adduristi super mōtem syna. Et inclinasti ꝯlos ⁊ statuisti terrā ⁊ cōmouisti oꝛbez ⁊ tremere fecisti abyssos ⁊ conturbasti ſeculum ⁊ transijt gloria tua portas quattuoꝛ ignis ⁊ terremotus ⁊ spūs et gelu · vt dares semini iacob legem ⁊ generatōni israel diligentiaz. Et non abstulisti ab eis coꝛ malignum: vt faceret ler tua in eis fructuz. Coꝛ em̄ malignū baiulans primus adam trāsgressus ⁊ victꝰ est: sed ⁊ omēs qui de eo nati sunt. Et facta ē pmanens infirmitas ⁊ ler cū coꝛde populi cum malignitate radicis ⁊ discessit qđ bonū est ⁊ mansit malignū. Et transierunt tempora ⁊ finiti sunt anni ⁊ suscitasti tibi seruū nomine dauid. ⁊ diristi ei edificare ciuitatē noīi tui ⁊ offerre ibi in eadem thus ⁊ oblatōnes. Et factum est hoc annis multis · et deliquerunt qui habitabant ciuitatē in oibus faciētes sicut fecit adam ⁊ oēs generatōnes eoꝝ. Utebantur em̄ et ipsi coꝛde maligno. Et tradidisti ciuitatē tuā in manibus inimicoꝝ tuoꝝ. Nunquid melioꝛa faciunt qui habitant babilonē ? Et propter hoc dñabitur syon. Factum est cū venissem huc ⁊ vidissem ipietates quarū nō est numerus ⁊ delinquētes multos: vidit anima mea hoc triceſimo anno ⁊ erceſſit coꝛ meum: qm̄ vidi qūo sustines eos peccantes ⁊ pepercisti impie agentibus ⁊ perdidisti populū tuū ⁊ conseruasti inimicos tuos ⁊ nō significasti. Nihil meminiſ quō debeat derelīq̄ via hec. Nūquid melioza facit babylon q̄ syon: aut alia gens cognouit te p̄ter israel ? Aut que tribus credidit testamentis tuis sicut iacob? Quarum merces non compauit: neq̄ laboꝛ fructificauit. Pertrāsiens em̄ pertrāsiui i gentibus ⁊ vidi abūdantes eas ⁊ nō memoꝛantes mādatoꝝ tuoꝝ. Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates ⁊ coꝝ qui habitant i ſeculo: ⁊ nō inuenietur nomē tuū nisi in israel. Aut qñ nō peccauerunt i conſpectu tuo q̄ habitant terram: aut que gens sic obſuauit mādata tua? Vos quidem per noīa inuenies seruasse mandata tua · gētes aūt ñ iuenies

C. IIII.

Et respondit ad me angelus qui missus ē ad me cui nomen buriel ⁊ dixit mihi: Excedens excessit coꝝ tuuz in ſeculo hoc · et comprehendere cogitas viam altissimi. Et diri: Ita domine meus. Et respondit mihi · et dixit: Tres viaſ missus sum ostendere tibi ⁊ tres similitudines proponere coram te · de quibus mihi si renunciaueris vnā ex his · et ego tibi demōstrabo viā quā desideraſ videre ⁊ docebo te vnd̄ sit coꝝ malignū. Et diri loquere dñe meus. Et dixit ad me. Uade pōdera mihi ignis pondus: aut mensura mihi flatū venti: aut reuoca mihi diē que pꝛeterīt. Et respondi ⁊ diri: Quis natoꝝ poterit facere vt me interroges de his? Et dixit ad me. Si essem interrogans te dicens: quāte habitatōes sunt in coꝛde maris · aut quāte vene sunt in principio abyſſi · aut quāte vene sunt sup firmamētum · aut qui sunt exitus paradisi: diceres mihi foꝛtasſis in abyſſum nō descendi: neq̄ in infernū adhuc: neq̄ in ꝯlum nūq̄ ascendi. Nūc autem non interrogaui te nisi de igne ⁊ vēto ⁊ die per quē trāsisti: ⁊ a quibus separi non potes · ⁊ ñ respōdisti mihi de eis. Et dixit mihi. Tu que tua sunt: tecum coadolescētia non potes cognoscere. Et qūo poterit vas tuum capere altissimi viā · et iaz exterius coꝛrupto ſeculo intelligere corruptōnē cuidentē in facie mea? Et diri illi. Melius erat nos nō esse q̄ adhuc viuētes viuere i ipietatibꝰ ⁊ pati ⁊ non itelligere de qua re. Et respondit ad me ⁊ dixit: Proficiscēs profectus suz ad siluā lignoꝝ capi: ⁊ cogitauerūt cogitatōnem et direrūt. Uenite ⁊ eamus ⁊ faciamus ad mare bellū: vt recedat coram nobis ⁊ faciamus nobis alias siluas. Et similiter fluctꝰ maris ⁊ ipsi cogitauerūt cogitatōnē · ⁊ direrunt: Ueite ascēdēras debellamus siluas cāpi: vt ⁊ ibi ꝛsumemus nobismetipsis aliam regionem. Et factus est cogitatus siluę i vanum. Ueit em̄ ignis ⁊ consumpsit eam. Si militer ⁊ cogitatus fluctuum maris. Stent enim arena ⁊ prohibuit eos. Si enim esses iudex hoꝝ: quē iciperes iustificare: aut quē cōdemnare? Et respondi ⁊ diri: Uniq̄ vanā cogitatōnē cogitauerūt. Terra enim data est siluę et mari locus portare fluctus suos. Et respondit ad me · ⁊ dixit: Bene tu iudicasti. Et quare nō iudicasti tibimetipsi? Quemadmodū enim terra siluę data est · ⁊ mare fluctibus suis · sic qui sup terram inhabitāt q̄ sunt super terrā intelligere solūmō possunt · ⁊ qui super ꝯlos q̄ sup altitudinē ꝯlozum. Et respondi · ⁊ diri: Deprecoꝝ te dñe · vt mihi det sensus itelligēdi. Nō em̄ volui interrogare de ſuperioꝛibꝰ tuis: sed de his que pertranſiūt per nos quotidie: propter quid israel datus in opproꝛiū gentibus quez dilexisti populū datus est tribubus impijs: ⁊ ler patrū nostroꝝ in interitū deducta ē · ⁊ dispositōnes scripte nusq̄ sunt: ⁊ pertrāsiuimus ꝺ ſeculo vt locuste · ⁊ vita nostra stupoꝛ ⁊ pauoꝛ: Et nec digni sū? misericordiā consequi. Ꝺs quid faciet nomini suo qꝺ inuocatū est sup nos? Et de his interrogaui · ⁊ respondit ad me · ⁊ dixit: Si fueris plurimū scrutaꝰ · frequenter miraberis. Quoniā festinās festiat ſeculū pertransire · ⁊ nō capit poꝛtare que in

futuris temporibus iustis repromissa sunt: qm̃ plenũ iniusticia est seculũ hoc et infirmitatibus. De quibus autez interrogas dicã: Seminatum est em̃ malũ et necdũ venit destructo ipius. Si ergo nõ inuersuz fuerit qd̃ seminatũ est et discesserit locus vbi seminatũ est malũ: non veniet vbi seminarũ ẽ bonuz. Quoniam gramẽ seminis mali seminaruz ẽ in corde adam ab inicio et quantum impietatis generauit usq; nunc et generat usq; cũ veniat area. Estima aũt apud te granũ mali seminis quãtum fructum impietatis generauit: quãdo secatę fuerint spicę quarum non ẽ numerus: q̃ magnam aream incipient facere. Et respondi et dixi: Quo et qm̃ hęc? Quare modici et mali anni nostri? Et respõdit ad me et dixit mihi: Non festines tu super altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. Nam excessus tuus multus. Nonne de his interrogauerũt animę iustorũ in prõptuariis suis dicẽtes: Usq;quo spero sic et qm̃ veniet fructus aręq; mercedis nostrę? Et respõdit ad ea hieremiel archangel⁹ et dixit: Qm̃ ipletus fuerit nũer⁹ seminũ i vobis: qm̃ i statera põderauit sęculũ et mensura mẽsurauit tpa et numero nũerauit tẽpora et ñ cõmouit nec excitauit usq; dum impleatur prędicta mensura. Et respondi et dixi. O dominator dñe: sed et nos omes pleni sumus impietate. Et ne forte propter nos nõ impleantur iustorum aręq: propter peccata inhabitãtiuz super terram. Et respondit ad me et dixit. Vade et interroga pręgnantez si qm̃ impleuerit nouem menses suos adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa. Et dixi: Nõ potest domine. Et dixit ad me. In inferno promptuaria aniarũ matrici assimilata sunt. Quẽadmodũ em̃ illa festinat q̃ parit effugere necessitatem partus. sic et hęc festinat reddere ea quę cõmendata sunt. Ab inicio tibi demõstrabitur de his quę concupiscis videre. Et respondi et dixi Si inueni gratiam ante oculos tuos et si possibile est et si idoneus sum: demõstra mihi si plus q̃ pteritum sit habet venire: aut plura ptransierunt supza q̃ futurum est. Quid pertransiuit scio: quid autem futurum sit ignoro. Et dixit ad me. Sta sup dexteram partem et demõstrabo tibi interpretationem similitudinis. Et steti et vidi et ecce fornax ardens transiit coram me. Et factum est cum transiz flama vidi et ecce supauit fumus. Post hęc trãsiit coram me nubes plẽa aquę: et immisit pluuiam impetu multaz. Et cum transisset impetus pluuię supauerunt i ea guttę. Et dixit ad me. Cogita tibi. Sicut crescit pluuia amplus q̃ guttę et ignis q̃ fumus: sic superabundauit quę transiuit mensura. Supauerũt aũt guttę et fumus. Et oravi et dixi. Putas viuo vsq; in diebus illis? Vel quid erit in diebus illis? Respondit ad me et dixit: De signis de quibus me interrogas ex parte possum tibi dicere de vita autẽ tua nõ sum missus dicere tibi: sed nescio.

C. v.

De signis autem ecce dies venient in quibus apprehendentur qui inhabitãtes terram in censu multo et absconditur veritatis via et sterilis erit a fide regio et multiplicabitur iniusticia super hanc quẽ ipse tu vides et super quam audisti olim et erit impositio vestigio q̃ nunc videt regnare regionẽ et videbunt eam desertam. Si aũt tibi dederit altissimus viuere videbis post terciam tubam et reluceret subito sol noctu et luna teri die et de ligno sanguis stillabit et lapis dabit vocem suam et populi ꝓmouebuntur et regnabit quem nõ sperant qui inhabitãt super terram et volatilia cõmigratõnem faciẽt et mare sodomiticum pisces reiciet et dabit vocez noctu quam non nouerãt multi. Omes aut̃ audient vocem eius. Et chaos fiet per loca multa et ignis frequẽter remittetur et bestię agrestes trãsmigrabunt et mulieres mẽstruate parient monstra et in dulcibus aquis salse inuenientur et amica omnes semetipsos expugnabũt et absconditur tunc sensus et intellectus sepabitur in promptuariũ suũ. et quęretur a multis et nõ inuenieť: et multiplicabit iniusticia et incõtinẽtia super terraz. Et interrogabit regio prorimam suam. et dicet: Nũ quid per te ptransiit iusticia iustũ faciens. Et hoc negabit. Et erit in illo tempore et sperabunt homines et nõ impetrabũt laborabũt et nõ dirigentur vię eorum. Hęc signa dicere tibi: permissum est mihi. Et si orazueris iterum et plorazueris sicut et nunc et ieiunaueris septem diebus: audies iterato horum maiora. Et euigilaui et corpus meum horruit valde et aia mea laborauit vt deficerz. Et tenuit me qui venit angelus qui loq̃bat in me et cõfortauit me et statuit me super pedes. Et facta est i nocte secũda et venit ad me salathiel dux populi et dixit mihi. Ubi eras? Et quare vultus tu⁹ tristis? Aut nescis qm̃ tibi creditus est israel in regione transmigratõis eorum? Exurge ergo et gusta panem: et nõ derelinquas nos sicut pastor gregem suum in manibus luporum malignorum. Et dixi ei: Vade a me: et non appropies ad me. Et audiuit vt dixi: et recessit a me. Et ego ieiunaui diebus septem plulans et plorãs sicut mihi mãdauit huriel angelus. Et factuz est post dies septem: et iterũ cogitatõnes cordis mei molestę erant mihi valde. Et resumpsit ania mea spũm intellectus et iterum cepi loqui coraz altissimo sermones. Et dixi: Dominator dominee ex omi silua terrę et omibus arboribus eius elegisti vineã vnicam: et ex omni terra orbis elegisti tibi foueam vnam. et ex oibus floribus orbis elegisti tibi liliũ vnũ. Et ex oibus abyssis maris replesti tibi riuum vnuz: et ex omnibus ędificatis ciuitatibus sanctificasti tibimetipsi syon: et ex creatis volatilibus nominasti tibi columbam vnaz. et ex oibus plasmatis pecoribus prouidisti tibi ouẽ

